rerēt: si eas solas ab ineunte pueritia vsq3 ad decrepitā3 senectutem maximo ocio: summo studio: meliore igenio conaf adiscere. Sed certe posito q predicator diceret etiam ea que nota sunt alicui: non tamē amittit tps ille talis qui audit: q2 vt dicit prouer. i. Audiens sapiens sapiētior erit. quidā etia3 magnus doctor dicebat: q cū pdicatores bene masticare z pōderare sententias quas dicunt q alij docti viri nō sic cōsiderate ponderant: ideo audire eos nō est vnq3 nec alicui sine pfectu: sufficiat hec quo ad primū fructū accipe scd3. ¶ Secūdū dicitur confortatiua cibatio. Corpus nr̄m vt patet experientia qn̄ sumit cibū natura indigente valde confortatur: z sic potest se facilius defensare a volētib9 ipsum ledere: z potest etiā operari faciliter que sibi vtilia sunt: q si oib9 nō sumeret: minime facere posset. Ita pariformiter dico de aia. Oportet q sumat cibū suū: vt possit surgere a peccatis: que dānant ipsam z operari virtutes: que saluant eandem. Sed quis est ille cibus? Audi decretalem inter cetera de officio iudicis ordi. Inter cetera que ad salutē spectāt ppli christiani pabulu3 verbi dei per maxime sibi noscit necessariū: q2 sicut corpus materiali: sic z anima spirituali cibo nutrif. Eo q nō in solo pane viuit homo: sed ex oi verbo qd̄ procedit de ore dei. vt etiam dicit Mat. iiij. c. Et sicut signum propinque mortis z instantis: est aial rationale siue irrationale languidū cibū nō sumere: ita z hoie3 verbū dei non audire signū est sue dānationis. vn̄ Aug. ait in lib. de pdestinatione sanctoꝝ. Sicut nullu3 est maius signū predestinationis eterne q3 dei verba libēter audire sic nullū peius est signum q3 illa contemnere: fundat dictū suū in dicti illius qui nouit in predestinatos z prescitos. s. xpi. Jo. i. viij. di. Qui ex deo est verba dei audit: z propterea vos nō audit: q2 ex deo non estis. Sed ex quo sic subiungit cū ait vos ex prē diabolo estis Manifestaf hec cōclusio per experientiā: vidimus eni3 multos sciētes sue saluti necessaria: ēt quada3 humana fragilitate detēti: nō operanf illa: nec cauēt ab his q sciūt sibi esse damnosa. Ille nanq3 vsurarius scit vsuram esse prohibitā z peccatu3: z tamē ipsam exercet. Sic z ille concubinarius nouit esse peccatū tenere ↄcubinā: quā tamē tenet. Ille etia3 alius scit se teneri ad ↄfessionē cōionē ieiuniū z huiusmodi z tn̄ nihil honī facit: z si oēs isti vadunt ad predicationes z attēte audiūt verbū dei mirabiliter cōuertunf a malo in bonū: dimittunt pctā restituūt aliena: ↄfitētur z oia huiusmodi faciūt z multi religionē ingrediunf. vn̄ h mutatio. Querif antcq3 veniret ad pdicatiōē: nihil honū faciebāt nūc vero sic? Nō pptēr aliud patres nisi q2 prius nō sumebāt cibū: postea vero sic: qui cibus facit eū viuum qui prius erat mortuus. Jō

Jo. vj. Uerba que loquut⁹ sū vobis: spiritus ꝛ vita sunt: ꝛ qui ꝑus erant lapides durissimi postea liquefacti sunt: vt cera ante ignem. vnde Jere. xxiij. Uerba mea sunt quasi ignis ꝛ malleus: ꝯterens petras. bñs etiā Joannes abbas vt in vitis pꝫum hꝫ di .it. Quid durius lapide qd mollius aqua? Et cū gutta sepe cadēdo lapidem cauat. Sic verbū dei co: durū aperit ad timorē eius atqꝫ amorem. Et iterū in psalmo. Misit verbū suū ꝛ sanauit eos ꝛ eripuit eos de interitionibus eoꝝ. Igitꝰ o peccatores venite ad audiendū verbuꝫ dei: ꝛ vos caritatiui ciues diligēter conamini huiusmodi obstinatos ducere ad predicationes si diligitis salutē eoꝝ. Sic ꝛ vos matrone iuuenes vanas videbitꝭ eniꝫ per experientiā: ꝙ si nō in totum: in parte saltē emēdabunꝭ. Nō ne habetꝭ Actu. ij. Qḋ ad verbū petri in sua prima predicatione conuersi sunt ꝛ baptizati circiter tria milia hominū? Sic ꝛ possibile est ꝙ peccatores ꝯuertanꝭ in predicatioib⁹ quas audiūt. Nec dicat aliquis: nō curo ire ad predicationes qꝛ hēo libros in domo ꝛ lego que cunqꝫ ꝑdicato: dicit: qꝛ ēt si hoc verū sit nō percipitꝭ tantus fruct⁹ ꝗ̄tus percipietꝭ a predicatione audita. Et hoc pp quandā vim que finaliter latet in viue vocis oraculo. vñ Hyero. in dicta epistola ad paulinū habet nescio qd latentis energie vel viue vocis actus viua vox ꝛ in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. vñ ꝛ Aeschines cū rodi exularet ꝛ legeretꝭ illa Demosthenis oīo: quaꝫ aduersus eum habuit: mirantib⁹ cunctis atqꝫ laudantib⁹ suspirans ait. Quid si ipsaꝫ audissetis bestiā verba sua resonantē hec ille.

¶ Tertius fructus dꝛ roboratiua fortificatio vbi notat: ꝙ sicut corpori medici nō solū dant medicinā purgatiuā: sed etiā preseruatiuam ꝛ fortificatiuā: maxime illis quos vidēt esse debiles ꝛ delicatos ꝙ faciliter recadere pñt: ꝛ hoc vt ex illo remedio ꝑseruatio: corpus ex infirmitate debilitatū aliquātulū fortificetꝭ: ꝛ teneat se ne iteꝝ ruat in infirmitatē: ꝛ faciat recidiuꝫ ita ꝛ ipse deus peritissimus ꝛ sapiētissimus medicus: vidēs nos fragiles ꝛ aptos atqꝫ iclinatos ad cadendū in peā: que forte dimisim⁹ voluit nobis ꝺ remedio ꝑseruatiois ꝓuidē: qꝛ̄ sine eo i bñ iceptis nō perseuerar emus: cepisse: nāqꝫ multorū est: ad calcem vero peruenisse paucorū: vt inqt Hyero. ad Lucianū heremitā. Que est auteꝫ hec medicina preseruatiua? quod est hoc electuariū adeo perfectuꝫ? Dico ꝙ est verbū dei. qḋ apostolus ita instāter ꝑdicabat. Et ꝙ verū sit audi cautorē. s. scti ꝑs. xxxij. di. Uerbo dñi celi firmati sunt dicit glo. Inter vbi super verbo celi idest boni ꝛ perfecti viri quorū cōuersatio in celis est: firmantur verbo dñi. i. audienda predicationū. s. in bonis inceptis. ꝛ prouer. xxx. Ois sermo dei ignitus clipeus est

sperantibus in se. Clipeus nanqꝫ defensans ab oib⁹ nequissimis telis diabolo ꝛ impugnātib⁹ mūdi ꝛ ꝯquassationibus ꝛ guerris pestilentijs ꝛ alijs exterminijs est ꝟmo dei. vñ Grego. Omnis qui recta ꝑdicat si audiat: irā irruētis creatoris super preuaricationē pplīm placat. Experiētia nanqꝫ certa didici: vt testat qui hoc officiū per plures annos exercuit. s. scūs bernardinus. populos tātū a deo flagellari: qꝫto rebelles inueniunt in verbo dei. Ideo si vis pseuerare i bono incepto audi verbum dei.

¶ Quartus fructus dicit suauis ꝺlectatio: dic mihi vtr ex parte qd credis esse delectabili⁹ in hac mortali vita? Si bene expertus es concordabis cū pncipe phoꝝ Ari. qui expertus est naturā. d. x. Ethicorū. c. viij. vt mihi philosophia hēre mirabiles delectationes i puritate ꝛ firmitate. ꝛ Augu. de doc. xpiana. In hac presenti luce nihil puto iocūdius pabulo scripturaꝝ quo omnia mella superant. Sed nota q verbū dei hamo simile est q si nō capis te nō capiet. Sic ꝟbū dei nisi gustet nō sapit. Sꝫ qui gustauit audi qd dicit. ps. cxviij. Quā dulcia faucibus meis eloqa tua super mel ori meo. si ꝛ glo. super alio. ps. Uerbū dī est sicut species aromatica que diligenter debet masticari: vt virtus eius ꝛ suauitas sentiat vnde aial qd nō ruminat est in mundū. ꝛc. in illo verbo dulciora super mel ꝛ fauū. eloquia inquit aperta vel accepta hv eide ꝛ clare intellecta ꝛ nouo ꝛ veteri testamēto dulcius sapiunt palato fidei qꝫ faucib⁹ carnis mel gustauit etiam dulcedinē eius illa q sedens secus pedes dñi imobilis tanqꝫ ebria audiebat verbū illius. Lucc. x. Nec miꝝ qꝛ licet tibia ꝛ psalteriū suauē faciant melodiā sup vtraqꝫ tñ lingua suauis. vt dicitur Eccl. iiij. Quantā suauitatē habebat ligua illa melliflua ꝛ dulcissima Iesu dicunt hij duo discipuli quib⁹ apparuit in die resurrectionis euntib⁹ in emaus: nonne inquiunt coꝛ nrm ardēs erat i nobis dum loqueret in via: ꝛ aperiret vobis scripturas? Sic ꝛ a quocunqꝫ verbum dei pronunciet: dūmodo tā ex māqꝫ efficaci mō porigēdi dādi illa populo nunciare conet: que habēt audientiū corda tāgere ꝛ mouere: semper gubernabunt aliquē feruorē in mentibus auditoꝝ ꝛ delectationē. Igit posito q aliquis bene intelligat ꝛ pseueret operetur oia necessaria ad salutē suam: si tamē vadit ad pdicationes nō amittit tps. Si enim reprehendit vitia: letatur de vituperio inimicorū dilecti sui. Si de virtutibus ꝛ bñficijs diuinis ꝛ huiusmodi letat ꝛ magnificētia ꝛ laude amici sui sicut amicus non solet nisi letanter audire laudes alterius amici.

¶ Quintus fructus est illuminosa execratio: vnū preceptum dñi nri est q tenuis bonū exemplū proximis Mat. v. Luceat lux vestra corā hominib⁹. ꝛc. Cum ero ó

est q: vt dicit Lactan. in. iiij. diui. insti. hoies maliūt exempla q̄ verba: q: loqui facile est: prestare difficile. Utinā quidē tā multi bn̄ facerent: q̄ multi loquūt̄ bene: sed q precipiūt nec faciūt abest ab eis fides infra superest igit̄ vt factis v̄b. firmētur. Et licet hoc preceptū sit oibus precipue tñ prelatis: q: vt dicit̄ in. c. qualiter ⁊ quādo. de accusatoribus. prelati sunt positi quasi signū ad sagittā. ⁊. c. magne de vo. dicitur. Quod agit̄ a platis facile trahitur in exemplū a subiectis. Si ergo prelati dāt bonū exemplū subditis: etiā ipsi subditi faciūt bonū secus aūt si econtra. Ideo magnū peccatū cōmittūt plati male viuētes. vt in. c. pcipue. xj. q. iij. Scire prelati debēt: q: si peruersa vnq̄ perpetrāt tot mortibus digni sunt quot ad suos subditos perditionis exēpla trāsmittunt. Unde necesse est: vt tanto se cautius a culpa custodiāt: quāto per praua que faciūt non soli moriuntur: per prelatos aūt nō solū intellige ecclesiarum rectores: sed quousq̄ alios prepositos dignitate sciētia ⁊ huiusmoi. prela⁹. n. venit a prefero pfers ⁊ sic prelat⁹ d̄r pater vel mater repu. filiorū magister ciuis repu. rusticorū diues repu. pauperū repu. discipulorū senex repu. iuuenū religiosus repu. secularium ⁊ huiusmodi. Qui oēs sicut peccāt grauit̄ dādo malum exemplū: sicut multū merentur dādo bonū. Si ergo vos patres ⁊ matres ciues senes ⁊ alij superiores veneritis ad predicatōes occasione vestrum venient multi alij: qui forte facient magnū pfectū cuius etiā vos eritis participes: q: vt ait Greg. in registro pculdubio particeps mercedis existit q bonorū se exhibet adiutorē.

¶ Sextus fructus est magna meritatio: multū meritū habet apud deū deuote audiens predicationes q: Tho. ij. ij. q. ij. ar. ix. ⁊ Ric. i. ij. di. iiij. dicūt q oīs actus human⁹ libero arbitrio subiectus potest eē meritorius si sit relat⁹ in deū. Iste ergo act⁹. s. veniēdi ad predicationes ⁊ audiēdi deuote verbū dei si refertur in deū. s. q fiat amore sui est meritorius: adeo q nullū tp̄s est ita bene expensum. ⁊ pro quolibet puncto taliter expēso dñs preparat in paradiso magnū meritū meritat etiam oēs passus ⁊ oēs labores quos sustinet homo veniēdo ad predicationes ⁊ pro quolibet passu preparat sibi gloriā ⁊ coronā. vnde Job xiij. Obseruasti oēs semitas meas ⁊ vestigia pe. me. consi. In vitis patrum etiam legitur q qdā heremita sepe ibat ad quendam antiquum patrem: vt ab eo aliquam bonam doctrinā audiret ⁊ q: cella sua aliquātulū distabat cogitauit illam relinquere ⁊ aliā ppius edificare. Semel autem veniens vidit quēdā post se numerantē passus suos ⁊ voce clara dicentē. i. ij. iij. iiij. v. vj. ⁊c. Ille heremita p⁹ se pspiciēs vidēs q̄ numerantē ait quid numeras? Respondit ille. passus tuos: ⁊ qr̄i

tur? Respondit ille. q: dominus p quolibet passu quem facis vt audias verbum dei pparat tibi coronam in celo. Tunc ille declarauit se non mouere de loco longinquo vt magis mereref. Quanto ergo maiores labbies sustinebis pueniendo ad predicationes tanto magis mereberis.

¶ Septimus gloriosa beatificatio sicut semen producit fructus gusta suaues ita et hoc semen diuini verbi pducit talem fructum q perducit audientes ad gloriam paradisi: vbi sunt suauissimi fructus. Et q sit verum aud. Luce. xj. dicentem dominum. Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. qui sunt beati? q acquirunt paradisum. Et qualiter acquirunt? audiendo et custodiendo verbum dei. Multi ergo et magni sunt fructus quos pducit istud sanctissimum semen. Ideo oes sollicite venire debent ad ipsum pcipiendum aliosque inducere vt veniant puta maritus vxorem et econtra: parentes filios et amicus amicum: vicinus vicinum: socius socium: et nullum debet tedere laboris q nunq posset ho laborare per tanti spacium quantum exponit in audiendo pdicationes i qua faceret magnum lucrum: nam si volumus numera in. xl pdicationibus que fiunt diebus ferialibus expo nunt. xl. hore: sed ponamus q cum do redeundo et stando exponantur lxvj. vel. lxviij. totum illum spacium est triu vel quattuor dierum. Quid potest vnus artifex lucrari in illis ponamus q tres vel quattuor du catos quod tamen raro accidit. sed certe in. xl. predicationibus forte lucrabitur vnam lacrimam vel vnum suspirium vel saltem vnam bonam inspirationem et dispositionem quorum qd licet est maioris lucri et vtilitatis q mille ducati q: sic euadit infernum et acquirit gratiam dei et gloriam consequenter igitur oes veniant ad predicationem tam nobiles q ignobiles docti et indocti: senes et iuuenes: mares et femine: et pcipue qui regunt familias et respublicas: et animarum curam gerunt. hic enim discunt regere se suos ac etiam sua. Et qui pauperes sunt et non possunt quottidie venire saltem ter aut bis in hebdomada veniant. Et qui in suis apothecis habent socios et non possunt venire oes veniant diuisim vno die vnus alio alius et recitent sibi inuicem auditas pdicationes: vt sicut ex sole omnes percipimus vtilitatem ita ex verbo dei quod est sol spiritualis quod nobis concedat ipse sol iustitie christus benedictus in secula seculorum.

¶ Dominica in septuagesima post prandium iterum de verbo dei. Sermo decimus

Instantia mea quottidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. ij. ad Cori. ij. In precedenti sermone proposuimus de verbo diuino tria mysteria expeditoque primo scilicet de eius fructificatione restant duo sequentia. Quorum primum est de eius debita auditione. Se-

cundus de eius necessaria obligatione.

¶ Primũ misteriũ dico q̄ est de eius auditione. Circa quod notat q̄ sicut naturaliter nõ põt itroduci formã in aliquod subiectũ nisi p̄ma dispositione q: vt etiã supra allegatũ est. ij. de aia actus actiuorũ sunt in patiente bene disposito ita ꝛ fruct⁹ supradictos quos germinat verbum dei non potest quis percipere nisi se bene disponat ad audiendum id. volo igitur in presenti sermone ostẽdere qualiter debeat audiri verbum dei vt ei⁹ fructus percipiãtur. ꝛ per hoc notãt. vij. regulas quas oẽs seruare debemus in auditione verbi diuini.

Prima dicitur sollicitatio.
Secunda attentio.
Tertia discretio.
Quarta deuotio.
Quinta ruminatio.
Sexta cõicatio.
Septima operatio.

Prima regula.

¶ Circa primam sic procedo. si bene consideramus: sollicitudo est vnum mediũ seu vna virtus qua acquiruntur diuitie multe ꝛ mundane ꝛ spirituales: sic econtra inhertia ꝛ negligentia facit vnũ homines venire ad pauperiem ꝛ ad hospitale. Homo pigro mai fa sa casa a tre solari. Ideo Prouerbiorum. xx. Propter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo estate: ꝛ non dabitur ei. Prouerbiorum. xx. ait sapiens. Noli diligere somnũ ne te egestas opprimat Aperi oculos tuos ꝛ saturare panibus ad propositum dico: si vis ex predicatione recipere fructum noli tardare. Esto sollicitus: cito venias conare semper adesse i principio predicationis. Si enim veneris in medio vel in fine: stabis per bonum spacium anteq̄ percipias de qua materia tractet predicator. Et forte interim anteq̄ venires dedit aliqua documẽta multum vtilia que non audisti. Ideo si in principio ades: omnia intelliges ꝛ ordines ꝛ processum ꝛ documenta eius hinc Jac. i. di. Sit omnis homo velox ad audiendũ scilicet bona documenta cuius exemplũ habemus Luce. viij. Cũ turba plurima conuenirent ꝛ de ciuitatibus: quia ꝛ rurales ꝛ ciues ad predicationes ire debent: dicit quod properabant idest non negligenter non lente non tarde sed sollicite ꝛ cito ꝛ festinanter ibant: tu quoq̄ fac similr: ꝛ semper habebis bonã partẽ in auditione predicationis: ꝛ etiam in loco vñ cõmode videre poteris.

¶ Secũda rl̃a dr attentio. i. d̄bes attẽdere audire verbũ dei ꝛ donec stas in predicatione nõ debes cogitare alibi: nec hinc inde aspicere nec etiam loqui: q̄m si sic faceres nihil vtilitatis de verbo dei percipes hãc rõnẽ habemus ab Augu. in libro. l. omel. xxvj. ꝛ canonizatur in sacro decreto. c. interrogo i. q. i. interrogo inqt vos frẽs vel sorores dicite mihi qd vobis pl⁹ esse videt corpus xp̄i: an verbum

xpi? Si vultis alias vere bene respōdere hoc dicere debetis q nō sit minus verbū dei q̄ corp⁹ xpi. Super hoc dicit Archi. q corp⁹ xpi maius est dignitate: sed verbū dei maius est vtilitate: qm̄ per verbum dei ꝯuertunt̄ etiaꝫ si multas audirent missas. Stet ēt vn⁹ populus absq̄ predicatōe per .x. aut per .xx. annos ⁊ ꝯsueto modo audiant missas: aliusq̄ cōsimilis populus stet absq̄ celebratione missarū per totidē annos ⁊ frequenter audiat verbū dei licet vtriūq̄ nocivum sit: tamē ceteris paribus experientia teste incōparabiliter centies maius detrimentū aiarum ⁊ morum ac fidei sentiet absq̄ audienda verbi: q̄ sine celebratione missaruꝫ. Sic nanq̄ est populus absq̄ verbo dei: sicut mūdus absq̄ sole. sequit̄ Augu. vbi supra. ⁊ ideo cū quāta sollicitudine obseruamus: ne qñ corp⁹ xpi nobis ministratur: vt nihil ex ipo de manib⁹ nostris in terrā cadat: tāta sollicitudie obseruem⁹ vbū dei q nobis erogat̄: dū aliud aut excogitam⁹ aut loquimur de corpore puro depereat: q2 nō minus reus est qui verbū dei negligenter audierit: q̄ qui corpus xpi sua negligentia in terraꝫ cadere permiserit. Tāta stima adunq̄ fate de lassare vna parola de la predicatione che nō la intendi: q̄to di lassare cascare in terra lo corpo de xpo qñ tu vay a cōicare impero che qñ vidi over pigli lo corpo de xpo: intra dio in te p li ochij ⁊ per la bocha: ma quando tu audi la predica dio entra in te per le orechie: nō parlare adunq̄ ne pensare altroue qñ tu stay a la predica. Aliqui etiam sunt q veniūt ad predicationē ⁊ dormiunt: qui dici possunt la piu trista gēte che habia el mūdo: vis videre h̄ ponamus q tu esses multū famelicus ⁊ aliquis duceret te in domū suam ⁊ preparans mēsam apponeret dapes multiplices bonas ⁊ dlicatas optimeq̄ ꝯditas ac diceret. amice v ideo q multū famescis comede q̄ desideras saturare his dapibus delicatis: tu aūt poneres te ad mensam nō māducās sꝫ dormiens: or nō merito iudicari posses pro miserrimo oium hoium. O bestia morit̄ fame ⁊ habet vnd possit explere esuriem suaꝫ ⁊ dormit. Sic ad propositum: predicatio nō est nisi mēsa vbi ponuntur cibaria ⁊ epule delicatissime ⁊ nobilissime iuxta illud. ps. xxij. Parasti in cōspectu meo mēsam. ⁊ iterū calix meus inebrians q̄ preclarus est. Si ergo veniens vt comedas aliquem bonū cibū corporalē ⁊ dormiens miserrimus reputar q̄to magis si dormis in mēsa spirituali vbi anima tua que moritur fame diuini verbi deberet cibari? Sed ideo tibi ostendere aliam gētem assay trista piu che questa q̄le e? Sunt illi qui stant ꝓpe istos dormientes: ⁊ non excitauit eos. Solicitate ergo vos inuicem et in tali mēsa ad quā vos quottidie inuitamus, nō dormiatis. erit enī vobis maximum dedecus taꝫ dormientibus

mientibus q̃ illis qui sunt prope eos et nō excitant. Igit̃ sta attente ad audiendū verbum dei.

¶ Tertia ratio dicitur, discretio: vere p̃fes quādo bene cogito videt̃ mihi q̄ sicut sal requiritur ad omne ferculū vt sit sapidū: ita discretio ad oēm actū moralē et virtuosū vt sit moralis et virtuosus. Audiēdo ergo verbū diuini vt fiat virtuose et moraliter oportet q̄ fiat discrete: aliter redditur insipida talis auditio. Sunt igitur aliq̄ persone indiscrete que ex auditione verbi diuini nullū reportant fructum dicūt enim. O ille p̄dicator predicat multa que mihi nō pertinēt: ideo nō ibo ad suā p̄dicationē: et non cogitant propter modicā discretionē quā habēt imo nullā q̄ predicator sapientib⁹ et insipientibus debitor est vt d̄ se Paulus dicit Roma. i. qui fuit dux et doctor predicatorꝫ. Et p̄dicatorē oportet omnibus satisfacere s̄m ordinē singulorū. Oportet enim dare medicamenta diuersa s̄ꝫ q̄ infirmitates sunt diuerse. vn̄ Cassiodo. in epistolis suis. egrotis nō vna cā salutis ē: alter cibis reficitur: hic per abstinētie beneficia tentat̃: hic lauacro mollia: ille ferrum querit ad vulnera: et varium remediū poscit diuersa qualitas passionū. hec ille. Audias ergo discrete: et qđ tibi pertinet illđ sume reliqua et si ad te nō ptinent audias: q2 ea aliquādo docebis ad quē ptinebunt. et sic proximo prodesis. nōne quādo vadis ad aromatariū eius aromata tibi necessaria reliqua vero dimittitis? stultus eēt et indiscretus cēseret̃ q aromatibus indigeret: et nolet ire ad aromatarium: qui tenet multa aromata sibi nō necessaria. Ita pariformiter dico de nolentib⁹ audire predicationes que dicūt ad eū nō pertinētia. Quod ex indiscretione p̄cedit. Sunt aliqui imprudētes et indiscreti qui p̄pter generalē viciorum reprehensionem a predicatore factam turbantur et irascūtur. et ideo obloquunt̃ ꝯtra p̄dicatorē et dicūt ipsum p̄pter ipsos talia dixisse: contra quos gloriosus Hiero. ꝯtra Ruffi. monachū pamaram et marcellam di. Qū sine nomine ꝯtra vitia scribit: qui irascitur accusator sui est: prudentis hominis fuerat etiam si dolebas dissimulare ꝯscientiam: et cordis nubilū frontis serenitate discutere. Idē ad nepocianū necnn specialiter sermo meus pulsauit: generalis de vitijs disputatio est: q̄ mihi irasci voluerit: prius ipse q̄ talis sit ꝯfitebit̃. h̄ ille. Audi pauper homo nō video q̄ teipsū reddis suspectū qñ mōstras te iratū ꝯ predicatorē per predicationē factam? ipse nanq̄ te nō nominauit q̄si igit̃ ita scandalizaris: predicator facit sicut cecus tenens baculum et circumstātes pcutiēs: nihil aūt vidēs m̄ fortiter percutiēs: q2 securus: vni enim dat in capite: alij in tpibus: alij in maxillas: illi per crutu brachiū: alteri tibiā et huiusmodi: sic p̄dicator reprehēdit vi-

tia ⁊ nescit quos tangit vel nõ audias discrete ãmonẽdo suprdicta. ¶ Quarta regula dicitur deuotio ꝯtra hanc secũdam faciũt quattuor genera personaꝝ. Primi sũt quidam rethorice folijs induti: q cũ ad predicationẽ vadũt: si vident predicatorẽ simpliciter proponere verbũ: nec sequi regulas Tullij in modo dicẽdi statim contẽnunt deridẽt: nec audire volunt talẽ predicatorẽ. O rethorice audi qd dicat Lactan. in. vj. diui. insti. q̃ tñ fuit de tuis. Summa prouidentia carere fuco voluit ea que diuina sunt: vt oẽs intelligerẽt que oĩbus ipse loquebaẽ. ⁊ in. iij. c. xuj. dicit. Hãc diuina eruditio nõ ꝯsiderat qꝫ nõ in lingua sed in corde sapia est: nec interest quali vtaris smone: res enim nõ verba queruntur. ⁊ nos nõ de grãmatico aut de oratore quorũ scientia est quõ loq deceat sed de sapiẽte disserim⁹: cuius doctrina est quõ viuere oporteat. ⁊ c. sedulo. xxxviij. di. d̃ q sicut anima p efertur corporis: sic sentẽtia verbis. Nõ ergo curare debet multũ predicator de ornatu dicendi: sed de bonis sententijs ⁊ instructionibus: sic ⁊ auditor facere debet. Experientia nanq₃ probatum est: illud aiabus prodesse: qd ipsi rethorici detestantur? Remoue ergo a te carissime hunc errorẽ atq₃ defectũ qui ex in deuotione procedit. s. nõ folia: sed fructus queras: nõ ornata verba: sed bona ⁊ vtilia desideria a p̃dicatore audire. Secũdi qui deuote nõ audiũt verbuꝫ dei. Sunt quidã qui veniũt ad p̃dicationẽ nõ vt audiãt predicatorẽ aut aliquod bonuꝫ audiãt: sꝫ vt mulieres respiciãt cõtemplẽtur ⁊ ꝯcupiscant nutib⁹ ⁊ v̓bis lenocinentur: sic multe ribalde mulieres ornãtes se veniũt vt cõcupiscãtur ꝯtra quos magnus tibicina paulus prime Cor. iij. Si quis violauerit tẽplũ dei: disperdet illũ deus quis aũt est violator tẽpli dei nisi tu ribalde ⁊ tu ribalda qui nutib⁹ oculorũ ⁊ alijs lenocinijs ecclia₃ xp̄i prophanatis; Sed caue omnibus dico qui tales sũt: qꝫ si quẽ videro stare ad vagezare ⁊ ad balestrare digito eũ demõstrabo ⁊ in ꝯspectu totius populi vitupabo aut si mas aut femina. Et si maritus pater vel mater percusserit te benedicas manibus suis. qd dico viris dico mulieribus ⁊ econtra. Cauete igitur ab hac indeuotiõe. Tertij sunt qui si predicatio est aliquantuluꝫ prolixa volunt stare qꝫ videẽ eis tediosum ⁊ laboriosum ꝯtra quos Augu. super Joan. ait. Ad passionẽ vẽtris cũ labore puenitur q̃to magis ad passionẽ mẽtis. cũ profecto melior sit refectio mẽtis q̃ꝫ ventris. Non ergo te tedeat carissime si aliq̃n plure aliq̃ꝫtulũ predicamus maxime diebus festiuis. Quĩ vt dicit apostolus. sapienti. ⁊ insipi. debi. sum. Predicatorẽ ergo oportet oĩbus satisfacere. sed videbimus q̊ cõiter in predicatione patres sunt indocti q̃ꝫ docti viris ⁊ feminis cõputatis ideo oportet p̃dicatorẽ loqui ita

clare et sic explanare atque extendere verba sua et conclusiones ut omnibus se intelligibilem prebeat. Sed dicere multa in modico tempore et clare loqui ac bene digerere ita quod omnes intelligant hoc mihi est impossibile: nec adhuc hoc facere didici. Invenimus etiam in novo ac in veteri testamento predicatores in predicando fuisse prolixos. unde .ij. Esdre. viij. di. quod Esdras in platea coram omni populo predicavit a mane usque ad mediam diem cunctis stantibus attentissimis. et ipso Esdra stante super gradu ligneo: et in fine ipse et omnis populus benedixerunt domino voce magna dicens. Amen De paulo quoque legitur quod aliquando predicabat a mane usque ad sero ergo habeto patientiam de labore et tedio quod forte sentis stando in predicationibus quia non erit sine merito. et si non indiges eis qua predicator dicit forte indiget proximus tuus amore si patieris etiam non erit sine merito et demum predicator aliquid dicet quod erit tuum. ¶ Quarti qui non servant devotionem in verbi dei auditione sunt qui despiciunt predicatorem quia forte non predicat evangelium: quid tamen sit evangelium non intelligunt: nam tota scriptura novi et veteris testamenti evangelium dici potest. Evangelium enim est charitas. Ideo quicquid ad charitatem animos habet elicere et sibi contraria detestari: libere predicari potest quia evangelium est. Predicavit christus antequam evangelium de quo tu intendis scriberet. Predicaverunt paulus et alij apostoli nec evangelium adhuc scriptum habebant: nunquid tamen non erat evangelium quod docebant? Certe sic. Evangelium ergo est omne dictum et omnis scriptura que inducit animam ad salutem: et non solum id quod incipit in illo tempore. unde Hyero. sup epistola ad Gala. Non putemus solum in verbis scripturarum esse evangelium sed in sensu: non in superficie: sed in medulla non in verborum folijs sed in radice rationis facit ad hoc .i.q.i. Marchion et Basilides Aug. etiam contra faustum Evangelij nomen latine bonus nuntius interpretatur vel bona annunciatio quod cum aliquod bonum nunciatur semper dici potest. Beatus Franciscus in regula nostra dicit nobis predicatoribus ut in predicatione quam facimus annunciemus populo vitia et virtutes: penam et gloriam: et iste modus est utilior quia medicina debet dari secundum infirmitates. Itaque predicator debet considerare vitia et peccata populi cui predicant. et econtra ea ordinare predicationes suas et non semper sequi ordinem ecclesie. Ecclesia non potuit facere sine ordine in suo officio dicendo: unde usus multorum predicatorum que est ei ponere quotidie in .xl. evangelium ad litteram et communiter huiusmodi dimittunt peccatores in suis vicijs et peccatis et malis consuetudinibus quia contra talia non predicant. Ideo cum finis predicationum sit ut anime salventur: nihil convenientius predicari potest quam ostendere illa a quibus peccatores abstinere debent et que facere obligantur. Cave ergo ab his quattuor defectibus et indevotionibus si vis devote audire verbum dei et sic fructus percipere.

¶ Quinta regula dr ruminatio. qr nõ debet facere qui venit ad pdicationẽ come el camino ouero el fumarolo chẽ da lun lato receue el fumo: e da laltro el cacia si che a multi da vna orechia gli entra ql che dice el predicatore τ da laltra li esse: male faciũt immo dbẽt masticare ruminare τ examinare que in predicationibus dicuntur: τ si nequeũt oia memorie tradere: saltem aliqua retinere debẽt sicut Sene. ad Luci. de seipso di. hoc ipse quoqꝫ facio ex pluribus que legi pauca apprehendo. τ iterꝫ cũ multa perquireris in diẽ vnuꝫ in lege qd illa die excoquas τ Aug. li. exorta. Nutri aiaꝫ tuã lectionibꝰ diuinis parabũt enim tibi mẽsã spiritualẽ. Lectio enim diuinoꝝ dulcedo est palato cordis: τ dũ auiditate subscripsit: vtilis ẽ si ꝯtineat. ¶ Sexta regula dr cõicatio. qr si inuicẽ cõicare debetis que in pdicatione audistis: maritꝰ vxori τ ecõtra parẽtes filijs τ eꝯ socius socio amicus amico: vicinus vicino: τ sic vnus recordabit vnius τ alter alterius: τ dũ scitis id qd meministis τ aliud qd ab alio audistis multum proficietis: vos ẽt nobiles in sedibus vestris artifices in apothecis viri τ mulieres in domibus τ huius inuicẽ ꝯferatis τ ordinate: vt filij vri τ filie aliquid de pdicatione in domibus referãt. Nam sicut bonos mores colloquia mala corrumpũt pme Cor. xv. ita econtra bona colloquia habẽt mẽtem perficere τ hedificare.

¶ Septima regu. dr opatio. Tu qui audis vbum dei operare τ fac qd audis: τ tũc fructificabit in te hanc regulã docet nos Jaco. c. i. Estote factores vbi dei: τ non auditores tantum. Nam vt dr Lu. c. xj. qd superius iterũ dixi ad aliud ppositũ. Beati qui audiũt vbuꝫ dei: τ nõ tñ audiũt: sed τ custodiunt illud subdit. Nam si audis τ oppositũ facis nullũ fructũ reportas. Ideo Mat. vij. Ois eni qui audit vba mea hoc τ facit ea assimilabitur viro sapiẽti qui edificauit domũ suam supra petram τ descendit pluuia τ venerũt flumina τ flauerũt vẽti τ irruerũt i domuꝫ illã τ nõ cecidit: fundata eni erat supra firmam petram. Et ois qui audit vba mea hoc nõ facit ea similis est stulto qui edificabit domum suam super arenam: τ descẽdit pluuia τ flauerunt vẽti τ irruerunt in domum illam τ cecidit: τ fuit ruina eius magna τ hoc sufficit quo ad secũdum mysterium.

¶ Tertiũ mysteriũ est de diuini vbi necessaria obligatione circa qd de vtrum populus christianus teneatur audire predicationẽ τ diuinum vbum sicut τ missã: vt diebus sequentibus videbimus. pe to quam conclusionem debemꝰ tenere de hoc dubio affirmatiuã vl negatiuã? Ad quod dubiũ respondeo saluo meliori iudicio: tẽco cõclusioneꝫ affirmatiuam. i. qꝙ p loco τ tpe populus christianꝰ τ maxime indocti nõ minus obligant audire verbũ dei qꝫ missam. Qui

pclusionem probo triplici via ratione.s.auctoritate et exeplo. Ratio est ista: oē illō sine quo homo nō pōt saluari: est pceptum et mādati. Sed sine auditione vbi diuini homo de lege cōmuni nō potest saluari: ergo audire verbū dei est preceptū. patet maior: qz fz sacros theologos hec est differētia inter mādata et psilia: qz sine obseruatione psiliorum hō potest saluari: sine obseruatione aūt mādatorū minime vt vbi gratia. Cōsiliū est saluatoris nrī relinquere mūdum et ingredi religionē: viuēdo in obedientia sine proprio et in castitate. Qō consiliūz qui obseruāt magnā habebunt a deo remunerationē. Sed qui nolūt relinquere mundū: nunqd ,ppter hoc dānābitur? dico q nō: qz et hūtes propa et existentes in mrīmonio saluari possunt. Nō est aūt sic de mādatis vt de nō assumēdo nomē dei i vanū de custodiendo festa: de honorādo parentes: de nō occidendo et huiusmodi. Qm̄ oēs ista seruare tenenť: et nō obseruādo peccāt mortaliter: et psequenter merētur dānari. Qō aūt minor sic vera probatur per apostoluz Pau. ad ro. x. di. oīs quicunqz inuocauerit nomen dnī saluus erit. Qūo aūt inuocabūt eū in quē ñ crediderūt? aut qūo credent ei quē nō audierūt? et qūo aūt audient: sine predicante? qūo ergo predicabunt nisi mittātur? Et in fine conclu. Ergo fides ex auditu: auditus aūt per verbuz xpi. Ambr. et Aug. super vno vbo qūo credēt ei quē nō audierūt dicunt: quasi di. nō credent nisi audiāt: nec olim aliquis credidit: q nō aliquo modo audiuit: vel interius vel exterius. Si ergo fides ñ informis tm̄ sed formata: est necessaria ad salutez: et hoc de lege cōi haberi nō pōt nisi per auditionem vbi diuini. vt dicit apostolus: ergo sequitur q audire vbum dinū sit mandatū seu preceptū. Preterea sicut de mādato est cuilibet seipsum sustentare et cibare corporaliter et nō permittere se fame mori: ita et spiritualiter: imo multo magis: qz nobilior est anima qz corpus. Sed cibus anime vt supradictū est ipsum vbuz dei. ergo eo nos cibare dēm⁹ maxie qn̄ alit instructionē fidei et morū hēre non possumus nisi per audientiā vborum diuinorū. Ideo T heophilus exponens illud. Nō in solo pane viuit homo. etc. dicit nō solum pane humana natura sustentatur immo requiritur verbum dei ad eaz nutriendum. Sicut ergo qui se fame mori pmittit est crudelissim⁹ homicida: sic qui indiget pane spirituali. s. diuino vbo et illud nō sumit et tāto crudelior est: qz̄to nobiliorem rē mori pmittit scilicet animam suam. Preterea ascendens christus in celum vt Matt. vltimo scribitur dixit apostolis. Eunte in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. H fuit signum q predicatio erat necessaria mundo: sed frustra predicarēt nisi fuissent qui eos audirēt

ergo sicut fuit necessariū predicare: ita ꝛ predicatores audire. Nec obstat si dicis: q2 tūc populi erant ignorantes: ideo obligabanť audire verba veritatis. Nam ꝛ tpibus istis multi sunt ignorantes ꝛ indocti diuinorū mandatoꝝ. Nec possunt conuenientius erudiri ꝛ dirigi per recta itinera q̄3 per verbū dī Ideo concludo q᷒ preceptū preceptorū quodāmodo est preceptum de audiendo verbū dei: q2 oīa ꝑcepta ad que quilibet obligať: virtute diuini verbi seruari pñt. hāc necessitatem intelligens sacrosancta romana ecclesia: cū excludat a missis ꝛ a diuinis officijs interdictos excōmunicatos hereticos infideles ꝛ paganos: a predicatione tñ3 neminē predicatoꝝ3 excludit. vt habetur. de conse. dist. i. eps. ꝛ de sen. ex mīso. Contēnentes aūt predicatores puniūt. vnde in. c. sacerdote. de conse. di. i. Sacerdote. verbum in ecclesia faciente: qui egressus fuerit de oratorio: excōmunicetur. Facit etiā. c. quicunq3. xj. q. iij. Et si petitur quare nō ita expresse ecclesia mādauit auditionē predicationis sicut ꝛ misse? Rñdeo q᷒ ꝓpter paucitatē ꝑdicatoꝝ. Rari. n. sunt predicatores: ꝛ rariores q predicēt xpm. Multi vero qui celebrāt missas: ꝛ ideo cōmodius ꝛ facilius possunt audire missas q̄3 ꝑdicationes. Preterea multi sūt ruraleſ ꝛ in mōtib᷒ hitantes ꝛ ī alijs locis quibus difficile extitisset audire predicationes: nō aūt sic missas. Nō tamen credas huius homines excusari: si pro loco ꝛ tempore nō conantur per aliquā via3 itelligere ea que sunt necessaria ad salutē eorū. Preterea antiquit᷒ sacerdotes curati solebant predicare infra missam mādando igitur ecclesia auditionē misse a principio vsq3 ad finē: vt infra hēmus: mādat ꝯsequēter licet implicite auditionē verbi diuini: qđ infra missā predicatur: sed alio tpe extra missam sequitur q2 tunc sit audiēdū. Et q̄3 maxime vt dixi omnes illiterati ꝛ indocti in lrīs sacris frequētare debent predicationes? ꝛ ēt oēs curam aīarū hñtes: vt sciant suos subditos istruere. vñ. xxxvj. di. v. Ecce dicit in veteri testō iter cetera ornamēta pontifex rationale ferebat in pectore in quo videbatur manifestatio ꝛ veritas q2 in pectore pontificis manifesta debet eē cognitio veritatis. hinc ēt Dauid ꝑm᷒ ex gratia sps sancti donū sciētie percipit ꝛ postea administratōnes regni assequutus est. hinc etia3 dñs verba sua in ore prophete ponit: ꝛ postea cōstituit eū super gentes ꝛ regna di. ad Hiere. Ecce dedi verba mea. ꝛ hinc etia3 mala ꝛ ait labia sacerdotis custodiūt sciētiam ꝛ legem requirunt ex ore ei᷒ scilicet subditi eius. Et iteru3. xvj. q. i. Addicim᷒ statuitur q᷒ nullus audeat predicare ꝑter sacerdotes. s. animarum curam habentes nisi per priuilegium speciale. Ex his igitur concludi potest q᷒ verbum dei audire est de mandato pro loco ꝛ tempore maxime vt dictū est

alis. Qui non habent sacrarū litterarum notitias. Benedict⁹ de⁹.

¶ Feria. xj. post dominicam sexagesime de missa. Sermo. xj.

Instantia mea quotidiana sollicitudo om̄iū ecclesiarū. ij. Corin. xj.

Sententia est spiritus sancti per os sapientis dilectissimi in xp̄o Jesu q̄ sermo oportunus optimus ē. p̄uer. xv. Tūc aūt dr̄ sermo oportun⁹ qñ pro ingenio audientiū doctor suam doctrinā moderat̄. i. quādo dicit que sunt ei necessaria. vnde. c. oportet. viij. q. i. oportet eū qui docet τ instruit animas rudes esse talē vt pro ingenio discētiū semet ipsum possit aptare τ verbi ordinē pro audiētis capacitate dirigere. τ q: vt clare patet sicut pplus xp̄ianus frequentat verbū dei si ēt frequentat missarum auditionem τ in his duob⁹ actibus fm exteriorem apparentiā manifestat̄ xp̄ianissimus seu fides xp̄iana. Quādo igitur dieb⁹ elapsis tractauerimus de verbo dei videt̄ ↄueniēs τ d sacrificio misse tractare: vt quemadmodū vos venire studetis ad audiendum verbuz dei τ missas ita de vtroq; notitiam habeatis. hāc. n. sollicitudinē habere debet predicator de ecclesijs. i. de xp̄ianis q̄z τ ipse predicator summ⁹ instātia quottidiana habere dicebat. s. populis annunciare τ que vera τ que vtilia τ que necessaria sunt eis. De h̄ igitur dignissimo sacrificio misse loqui volentes ↄsequēter pōt dici q̄ ps̄ de hoc intellexit quando dixit. Jmola deo sacrificium laudis dicendo enim sacrificium laudis nō specificando intellexit illd q̄d antonomastice dicitur sacrificium hoc autem sacrificium misse. vt. c. nihil. de conse. di. ij. nihil in sacrificijs maius esse potest q̄z corpus τ sanguis christi: nec vlla oblatio hac potior est: sed hoc oēs precellit. Ut igitur obseruemus nostraz laudabilem consuetudinē de missa tria mysteria contēplabimur.

Primo de ei⁹ debita obligatione.
Scd'o de ei⁹ deuota auditiōe
Tertio de eius vtili fructificatiōe.

¶ Circa primum notat̄ q̄ sancta mater ecclesia facit quinq; precepta generalia inter alia omnib⁹ fidelibus xp̄ianis. Primū q̄ ois xp̄ianus τ christiana ↄfiteat̄ saltem semel in anno. Secūdū q̄ ēt suscipiat altissimū sacramentū corporis xp̄i. Tertiū q̄ vltra dies dominicos qui iure diuino custodire mandant̄ ēt aliqua alia festa custodiantur: licet nō veniāt die dn̄ico Quartū q̄ aliqb⁹ dieb⁹ abstineāt a carnibus τ aliquibus etiam ieiunēt. Quint⁹ q̄ dieb⁹ festiuis oēs xp̄icole audiāt missam. Omnissis in p̄sentiaꝝ q̄ttuor p̄mis dicamus d v. de quo hētur. de ↄse. di. i. c. missas. c. cū ad celebrādas. c. τ hoc. c. oēs fideles. c. sacerdote. τ extra. de cele. mis. c. quidam laycoruz. τ de parro. vt dn̄icis τ festiuis diebus pro cuius mandati declaratōe mouetur difficultas conscientia. Utr̄ non obedire huic precepto semp sit peccatum mortale ponamus q̄

vnus non audiat missam quolibz die festo numquid semper quando non audit mortalr peccat. Ad quod decidendo respondit Ricardus. in quolibet & ponit tres conclusiones quas in presenti sermone videbimus ad honorem beatissime trinitatis. ¶ Prima conclusio est q aliquãdo nõ audire missam diebus festiuis non est peccatum mortale nec veniale. Secunda conclusio q aliquando e peccatu mortale. Tertia q quandoqz est veniale. Primo dico q aliqñ transgressio huius precepti nullu peccatum est vt puta si obmittitur auditio misse in die festo ex aliqua necessaria rationabili & iusta cã & ex aliquo lrio ipedimẽto. Si n. obmittitur pp ifirmitatẽ aut propter magnam necessitatem aliqd faciendum vel forte qr timet suos inimicos vel propter aliquid aliud quod legittima causa fm verũ iudicium appellari debet nullum e peccatum. cõcor. huic conclusioni Antoninus. Respõdeo autẽ huius est. qr vt dicitur. i. q. i. Remissionem. necessitas nõ habet legem & extra. de obser. ieiu. consilium legi non subiacet necessitas. & de re. iu. Quod nõ est licitũ ex lege: necessitas licitum facit. ex his nõ ser Anto. q. ix. generationes hoium excusanf ab auditione misse. Primi sunt infirmi qui nõ sine periculo ad audiendũ exire possunt. Secundi seruitores infirmorum seruias diligenter o dña infirmis & si non vales absqz periculo dimittere infirmum illum nec habes aliquem cui eum cõmittas nõ cures de missa. qr vt dicif Gala. v. omnis lex vno sermone impletur diliges proximum tuum sicut teipz. Tertij habẽtes paruulos quos nõ possunt conuenienter dimittẽ absqz periculo excusantur. Quarti q necessario aliquid arduuz & iustuz habent facere & audiendo missam impedirentur etiã videnf excusari. Quinti officiales qui rõne sui officij non possunt exire nec aliter audire vt castellani & huiusmodi dominis seruientes. Sexti domini & consiliarij: qui temporis misse sunt vergẽtibus causis occupati. Septimi puelle nubiles q̃ sunt nubere volunt excusari videntur si earum parentes non permittunt ignorantes hoc preceptum vel facientes quod in se est vt veniant: non enim diceret vt sole irent cu3 ex hoc periculum sequi posset parentes aũt inducendi sunt vt pmittant: si autem nolunt excusantes se & allegantes consueuere in contrarium q sic solent stare quasi clause in domo propter honestatẽ forte videtur tollerandum argu. extra. de consuetudi. c. fi. Si tñ ad choreas & huiusmodi eas mittũt tunc minime excusantur vel etiaz quando faciunt vel permittũt eas stare in vijs vel ad fenestras vt videantur. Octaui vidue diu stantes in domo & nõ egredientes ratione viduitatis & quasi vt honorẽt maritos nõ videnf bñ posse excusari licz si sit ɔsuetudo nisi

forte p breue tps vnius. s. hebdomade vel forte mēsis. Moni cōiugate qñ ñ possunt ire sine magno scandalo viroꝝ qꝛ forte cum h nō possunt pparare necessaria familie. ar. xxxiij. q. v. manifestum ꝛ. c. voluit. Sed si mariti facerēt studio se hoc. s. vt ipediant eas in bono. xj. q. iij. al. c. Si qs phibet Si dominus hec oia ponit anto. flo. archi. in titu. de negligentia nō tñ oia sunt predicādaꝰne populi nimis largas capi. it habenas valēt tñ p dandis consilijs. Et sic patet pma ꝯclusio. s. qꝛ quādoqꝫ nullū peccatū est omittere missam diebus festiuis qñ. s. cōmittunt aliq rōnabili cā. Sco. autem in. iij. d. ix. Ponit bonā questionē diē nā qꝫ qꝛ si aliq necessitas excuset ab executione huius actus qꝫ determinat ecclesia tūc in aliquo equiualenti supplere necesse est vt saltē die illo diuino cultui mancipato habeatꝰ aliqs actus in deū i mēte relatus ob reuerentiam eius.

¶ Scda conclusio qñ nō audire missam diebus festiuis etiā peccatū mortale. s. qñ ommittitꝰ absqꝫ rōnabili cā vt. d. pe. de pa. In iiij. ꝛ Alb. Ric. āt vbi. s. d. qꝛ tūc est mortale qñ omittitꝰ ex cōtemptu vero vel interpretato ꝛ voto inqd Ric. cōtēptum interpretatū euꝫ sine cā legitima ad nō audiēdam missam in diebus festiuis assuescit. Qd autē sit mor. pꝫ qꝛ est trāsgressio pcepti ecclesie. Nā i. c. missas dicitꝰ. Precipimus nō cōsulimus exhortamur aut admonemus. pterea nullus dꝫ excōicari nisi ex peccato morali vt. d. tho. in. iiij. di. xvj. Et habetur. xj. q. iij. Nemo episcopoꝝ. Et. c. certum. xlv. d. Sꝫ illud. ꝛ. xxiij. q. iij. Taꝫ sacerdos. Sed pro nō audiendo missam dꝫ qs excōicari. vt In. c. q die solēni d ꝯse. d. i. Ergo ē peccatū mor. Multi autē sunt q ex ꝯtemptu vero vel interptato ommittūt missaꝫ ideo oēs hij peccāt mor. Primi tales sunt peregrinātes qui vt dicit. Pe. d pa. ab hoc pcepto nō excludunꝰ si audire cōmode eā possunt. Scdi sunt venatores ꝛ piscatores q pp venationē ꝛ piscationē obmittunt missaꝫ. Venatio aūt ferina vel aucupina licita in secularibus nisi fiat tēpore quo hoies eē debent in oratiōe. Tūc enim phibita ē. lxxxvj. d. qd pdest ꝛ. c. amputari de ꝯse. d. iij. l religiosa ꝛ de ꝯse. di. v. Ieiuniū. Clericis aūt vtraqꝫ est prohibita vbi cā sanitatis ꝛ recreatiōis: nō aūt diebus festiuis sed ferialibus tñ vt larcis ꝛ cū h etiā qꝛ non sit nimis clamosa ꝛ frequētata vt de cle. ve. c. j. Et. ij. piscatio autē eis ꝯceditur vt de conse. d. v. Nunqꝫ. Sed de his venationibꝰ qd dicemus. O xpianitas qūo corrumperis. qūo lacerarís. qūo dispiceris. Sunt nāqꝫ aliq qui xpiani vocātur et qnto maiores sunt solennitates tāto plus venatiōibus vacant. ideo forte aliqñ tales solēnitates toto anno cū desiderio maximo pstolantur pmissisqꝫ predicatiōibus ꝛ missis immo forte ali

qñ cõuẽtu ad ecclesiã summo mane exeũt ac per totum diem hic inde recurrunt laborãt clamãt ꝛ fatigant ꝛ in fine capiũt vnã lepusculã: ꝛ de peccato mor. minime curant ve aũt illi qui harũ venationũ cã est. O tu q ꝯgregas comitatiuos diebus festiuis ꝛ dominicis ad venatiõem. O pauper hõ nõ cõsideras ꝙ tu es cã vt nemo illoꝝ audiat missam nec festũ sanctificent. Esto certus ꝙ reddes rõnem in die Iudicij de oibus illis peccatis. Jõ bñ dicit Hier. in ps. lxxxv. vt habet. lxxxvj. d. Esau venator erat qꝛ peccator erat ꝛ penitus nõ inuenimus in scripturis sanctis scõm aliquẽ venatorẽ piscatores inuenim⁹ sanctos. Intellige dũ venator pmanet vt. d. glo. ne tibi obijciat de Eustachio. Tertij sunt itinerantes summo mane vt suã pficiãt dietã eques vel pedes erit ille in via ꝛ de missa nõ curat. O pauper sepe ouiabis alicui tuo amico ꝛ stabis cũ eo ad loquẽdũ magis q̃ȝ per spaciũ vnius misse ꝛ tamẽ nõ curas ꝛ sistas in missa videt tibi ammittere tps: non vides ꝙ talis zelus ad ammittẽduȝ tps pcedit a dyabo. nec charitas opes nec missa minuit iter. Audi ergo missam charissime ꝛ oia tibi psperã subseq̃nt. Quarti sunt cõsuetudinarie dormiẽtes quousq3 sint oẽs misse cõplete dieb⁹. li q̃li no i farano may casa a tri solari. Sed qñq3 est peius ꝙ diebus ferialibus erũt vigiles ꝛ solliciti vt vadant ad opera ꝛ negocia sua ꝛ in die festo dormiũt vsq3 ad horã tertiaꝝ. Quinti sũt artiste. o q̃ȝ male seruãt hoc pceptũ artiste. O sutores quali obseruatis hoc pceptũ: male vt qꝛ vestiatis illos qb⁹ se istis vestes expenditis totuȝ tẽpus in quo misse dicunt ꝛ finaliter nõ ingrediunt ecclesiã. aut si ĩgrediũnt inueniũt oẽs missas completas. O cerdones ꝛ vos simili. O barbitonsores ꝛ vos certe male. nã sepe vt radatis ꝛ flebotometis extra casum necessitatis in die ascensiõis ꝛ alijs diebus dominicis ꝛ festis dimittitis missaȝ qꝛ totũ tps missaꝝ in huius exponitis. O aromatarij ꝛ vos q totũ tẽp⁹ missaꝝ exponitis in aromataꝝ venditiõe. ꝛ vtinã solũ in ĩfirmoꝝ subuentiõe qꝛ tunc aliqñ nõ esset peccati imo aliqñ meritũ. O carnifices ꝛ hospites. O tabnarij ꝛ vos q magis estis solliciti aperire hospitia tabernas ꝛ macellos q̃ȝ sacerdotes ecclesias. ꝛ nõ curatis intrare in ecclesiã ꝛ audire missaȝ. Hi tales sunt parochiani dyaboli ad quarũ ecclesias. i. tabernas maiorẽ hñt ꝯcursuȝ q̃ȝ ad xpi ecclesias ꝛ sacerdotes: iõ arcendi sunt tabernarij ne dieb⁹ festiuis possint aperire tabernas nisi hora tertiarũ cũ efficacem dent occalionem vel ꝙ multi nõ visitẽt ecclesias nec audiant diuina: vel postq̃ȝ bñ biberint ꝛ inebriati fuerint in tabernis vadũt ad ecclesiã nõ solũ sine merito atq3 fructu sed cum demerito ꝛ sic aie detrimẽto. Ex qbus sequitur ꝙ oium maloꝝ q̃ talės cõmittunt

tabernarij pticipes hūt:q2 g cāz dā ni. de inui. ꝛ dāno dato. c. Si cul pa. Et ñ solū peccāt mor. ipsi glutones ꝛ ebriones dimittētes missam sed ipsi tabernarij similiter facientes ac illis peccati cām ministrantes ꝛ de omnib⁹ reddēt rōnē apud iustū iudicē. O mercatores ꝛ vos male q2 in nūdinis nostris cito de mane die festo venitis vt vendatis ꝛ ematis:de missa autē nulla fit mētio ꝛc̄. O ortolani. O merciarij. O piscaroli ꝛ vos male iō sicut ꝛ tabernarij arcēdi sunt. O scholares. O doctores ꝛ vos etiā male qui multotiens tali hora ꝑtermissa faciūt suos scholasticos actus disputatiōes ꝛ doctoratiōes. o magna abusio q lum̄ xp̄ia noꝝ cōderet heu q2 sunt tenebre ꝛ obscuritates cuz penitus neglectis diuinis ad vanitates intēdāt. O ciues qui rem. p. gubernatis ꝛ vos qualiter huatis hoc ꝑceptum male q2 in mane magnaꝝ solennitatez ꝛ in diebus dñicis qn̄ misse dicunt̄ ad consilia ꝯgregatis ꝛ sic estis cā q̄ multi missaz nō audiūt qđ tn̄ nō lȝ nisi maxima vrgēte necessitate aut pietate. Sȝ certi estote q̄ tale ꝯsiliuȝ minime ꝓspere cedet iō si vultis bn̄ ꝯsulere de⁹ sit in medio vestri quē p2ius ꝯsulatis ꝛ sic ad bonū vestra ꝯsilia dirigent̄. Sexti aūt sunt vidue que post mortē mariti quasi desperate ꝛ ꝑ plures mēses vel aliqn̄ forte p annuȝ nō intrāt in ecclesiā ad audiēdum missaȝ vel verbum dei. q2 sic dūt eē ꝯsuetudines ꝯ̄ qs Cyprianus ꝛ habetur. viij. d. Cōsuetudo ꝯsuetudo sine veritate vetustas erroris est pp qđ relicto errore seqmur veritatē. Talis nāq3 vsus nō ꝯsuetudo sȝ corruptela dicēda ē. c. d. mala. Et ꝯsuetudo ꝯ̄ ius nāle ꝛ scriptuȝ nullo mō excusat. xxxij. q. vij. flagitia de ꝯsue. cū tāto. Uade ergo o paupcula ad missam ꝛ ora ꝓ aīa tui mariti aut alteri⁹ tui ꝯiuncti quē luges:q2 magis ꝓderit tibi ꝛ sibi alias totiēs peccabis mor. quotiēs missam dimittis cū modificatiōe supradicta. Sed oyme che ce pezo ꝛ quare dicaȝ tibi. Aliq̄ forte mulier vidua ꝛ hmōi timore dei ibit ad ecclesiā ꝛ statiȝ erit q dicat q̄ ideo vadit ad missam q2 talē maritū suū nō diligebat. O lingua serpentina nunquid nocet aīe illius defuncti q̄ ista vadat ad ecclesiā de bono opere murmuras. Ue tibi q dicis bonū malū. Isay. v. Septimi filie nubiles de qbus dic vt. s̄. O patres familias. O matres fami. vltimo nota to ꝓ vobis q̄ non sufficit vos ire ad missam. Sed vt dicit. Ibideȝ pe. de pa. debetis ꝓ posse sic ordinare familias vr̄s vt oēs in festo audiant missam ab hoc enim ꝑcepto nō eximuntur magis serui q̄ dñi imo seru⁹ ꝛ ancilla ita dȝ vacare deo sicut dñs. Sed q2 oȝ aliqn̄ domi remanere ꝑpea serui vel serue domu remanere possunt vicissim. O parentes ducatis filios vestros ꝛ filias ad missaȝ:q2 vt. d. Idem oēs tenent̄ audire missam q. Lhn̄t vsum rōnis qđ intelligo

de his qui scire comode possunt & debent hoc esse preceptum. Allegas enim os auribus dum inculcari qd publice statutum est. xvj. d. Qd dicit. Hoc ultimum dictum ponitur ab anto. in tractatu de negligentia in summa sua magna ibidem etiam possumus dicere de magistris qui in arte alia plures famulos tenent.

¶ Tertio autem aliquando non audire missam est peccatum veniale. i. quando remoto omni contemptu ex aliqua negligentia vel aliquali infirmitate seu passione mentis dummodo ad hoc assuetus non fuerit ille qui taliter missam dimittit. Hec Ric. ubi s. pro maiori tamen declaratione obligationis qua xpiani ut supradictum est missam audire tenentur sumamus decretum in quo principaliter de hoc precepto fit mentio. s. c. missas. de cons. d. j. qd supra allegavimus qd quidem sic dicit. Missas die dominico secularibus audire totas speciali ordine precipimus ita ut ante benedictionem sacerdotis populus egredi non presumat quod si fecerit ab episcopo publice confundatur sup quo decre. moventur septem. Difficultates quarum responsionibus & solutionibus satis erit clarum. primum mysterium. s. de misse obligatione.

¶ Prima difficultas quare dicit missas in plurali in singulari numquid forte unus homo obligatur audire die festo plures missas. Ad hoc respondetur dominus abbas sicut ius sup. c. i. de vi. et hone. cle. quod ideo dicitur missa in plurali non quod seculares teneantur audire plures missas nam sufficit una sed quia in missa oratur pro vivis & mortuis ideo dicit missas i. orationes que sunt pro pluribus.

duo q: deus ea q nobis dat p nos
alijs vt de eo quod accipim⁹ nos
parté in potentibus faciamus. q
ergo de laboribus suis indigenti-
bus nó prestat: non tm panes suũ
manducat sed alienũ. deinde quia
de iustitia pané acquisitũ mandu
cat qui aũt cum peccato alienum.
⁊ iterũ Criso. in omelia. Conside
randũ est q postq dixit fiat volũ
tas tua. sicut in celo ⁊ i terra: quia
hoibus loquebat in terra carne in
dutis ⁊ nó potentib⁹ eandé habe-
re impassibilitaté cũ angelis. ⁊ de
scendit in firmitati nostre que ne-
cessario indiget cibo. ⁊ ideo p pa
ne iussit orationé facere nó pro pe
cunijs neq3 lasciuia sed solũ p pa
ne quottidiano. ⁊ neq3 h sufficit s3
apposuit da nobis hodie vt nó cõ
teram⁹ nos ipsos sollicitudine su
peruenientis diei. Sequitur Et di
mitte nobis debita nostra ⁊c. sm
Tho. ⁊ Ricardum. vbi.s. h peti-
tur ammoneri a nob id qd beatitu
diné phibet ⁊ a regno directe ex-
cludit.s. peccatum. Jó Aug. ij. li.
de sermone dñi in monte debita.
peccata dici manifestũ est. concor.
Cypria. allegans illud dimisi ti-
bi omne debitu3 qm rogasti me.
Sequitur sicut ⁊ nos dimittim⁹
debitoribus nostris. vbi August.
in epistola ad pbam h admone-
mur quid faciam⁹ vt accipere me
reamur.s. remissionem peccatoꝝ.
Jn manibus enim nostris ⁊ nro
arbitrio posuit deus vnde salue-
mur ⁊ dánemur. dimitte ⁊ dimit-
tetur tibi si nó dimiseris nec deus
dimittet tibi. in effabilis est clemé
tia dei qui neminem vult perire
viamq3 breue3 salutem inuenien
di ostendit. Et Cypria. excusatio
tibi nulla est in die iudicij cu3 sm
sniam tuam iudiceris. ⁊ quod fe-
ceris h ipse patieris Jde3 Criso.
Sed si dicit o3 dimittere debito-
ribus ergo non possumus quod
nobis

nobis debetur repetere. Rñdeo. hoc intelligitur nõ debito pecunie. vñ gl. interlinearis. Pecuniã alicui repetere cõcedimus sed debitũ peccatorũ petẽtes veniã unnq̃ iuste negamus. ⁊ Aug. hoc nõ de pecunia dicitur sz de oĩb⁹ que in nos vnusq̃sq̃ peccat. Sequitur. vj. petitio ⁊ ne nos inducas in tẽtatione. vnde sm Tho. ⁊ Ricar. vbi supra. Petimus a nobis amoueri qd nos ĩpedit ab obseruãtia diuine voluntatis. s. tẽtatio. qd nõ sic est intelligendũ. vt nõ pmittat nos tẽtari q2 qñq̃ hõ tẽtatione pbatur ad bonũ suũ: vnde Jaco. i. Omne gaudium existimate frẽs cũ in tẽtationes varias incideritis ⁊ ẽt humiliatur adeo q ad deũ reuerti compellitur. vñ nec ab apostolo eaz remouere voluit vt habet. ij. Corin. xij. Sed predicta petitio sic intelligenda est: vt nõ deserti diuino adiutorio alicui tẽtationi vel assẽtamus decepti vel cedamus afflicti sm q dicit Augu. ad Probã. ex quo patet q nõ est idẽ tẽtari ⁊ in tẽtationẽ induci. Nã induci in tẽtationẽ ẽ ab ipsa vici. Et nõ q sic ñ dicim⁹ ñ pmittas nob fieri tẽtatiões q2 h ẽẽt obdormitio virtutũ ⁊ euacuatio meritoꝝ: ita nec ẽt dicimus mitte nobis tẽtationes: q2 h esset presumptio meritorũ: sed humiliter postulamus. ⁊ ne nos iducas in tẽtationẽ. i. si permittis nos tẽtari vt exercitemur: nõ tñ pmittas per cõsensuz induci ne superemur nobis. n. nõ est tanta fortitudo vt possimus huic multitudini resistere que ruit super nos. vt dr. ij. paralip. xx. ⁊ pmi machabeoꝝ. iij. Nõ in multitudine exercitus victoria belli sed de celo fortitudo est. Crys. super h passu. di. hac in pte ostenditur q̃ nos nihil aduersariũ posse nisi deus ante permiserit: vt oĩs timor noster ⁊ deuotio cõuertatur ad deũ. Ultima petitio est. Sed libera nos a malo. vbi sm Ricard. petimus a nobis remoueri maluz pene in qua sm Aug. Ad pbaz admonemur nos cogitare nõdũ nos esse in eo bono. vbi nullũ patiemur malũ. Beda aũt sup hoc dicit hec liberatio quottidie necessaria ẽ dũ sine malo aie ⁊ corporis nõ viuamus. Criso. vel malũ hic diabolũ vocat pp excellẽtiã malitie nõ que ex natura est sed que ex electione ⁊ q2 q̃ nos implacabile bellũ hz. pp hoc dixit libera nos a malo. Tripliciter autez a malo pene liberari possumus. Primo per supportationẽ q2 cũ diligentib⁹ deum omnia cooperentur in bonũ ad Roma. viij. hic ẽ q iustis aduersa ⁊ tribulationes per supportantẽ patiẽtiam cõuertunt in bonũ. Secundo per cõsolationẽ vt. ij. Cor. i. de deo apostolus ait: qui cõsolat nos i oĩ tribulatione nr̃a. ⁊ Bernar. quantũ habũdat tribulatio nr̃a pro deo tñ habũdat per eum cõsolatio nr̃a. Tertio per obliuionẽ que maxime ex spiritualib⁹ cõsolatiõib⁹ sequi solet. hinc Prouer. xxxj. date siceram merentib⁹ ⁊ vinũ hijs qui amaro sunt animo: bibãt ⁊ obliuiscãtur egestatis sue ⁊ doloris sui non re-

cordentur amplius letitia spūalis denotat̄ in vino q̄ sic humanam mētē absorbet vt oēm egestatē ꝛ dolorē quē in mūdanis varietatibus ꝛ necessitatib⁹ patit̄ pro nihilo reputet ꝛ illius faciat obliuisci. Ultio ponit̄. Amē. super quo hyero. Amen est signaculū dn̄ice orationis q̄ aquila interpretat̄ fideliter nos vero fiat est ergo ly amē ē optatio adimpletionis oīum predictorū quasi dicamus fideliter ac vere fiant gratie postulate. Signarēt oēs conferri indubitāter hijs qui ꝯditionis seruāde pactum nō negligūt. s. dimittēdo debitoribus debita eorū: ex hijs patet expositio hui⁹ sacratissime orōnis de ei⁹ plenitudine Augu. Ad ꝓbam di. specificādo qualiter qcqd petit potest in hac oratiōe dn̄ica ꝯtinet̄. q enim di. clarificare in omnib⁹ gentibus sicut clarificatus es in nobis quid aliud. d. q̄ꝫ sanctificetur nomē tuū: q dicit ostēde nobis faciē tuam ꝛ salui erimus. qd aliud di. q̄ꝫ adueniat regnuꝫ tuū. Quasi di. gressus meos dirige ꝑm eloquium tuum. qd aliud dicit q̄ꝫ fiat volūtas tua. qd dicit paupertateꝫ ꝛ diuitias ne dederis mihi: quid aliud dicit q̄ꝫ panē nr̄m da nobis hodie. Qui dicit memēto Dauid ꝛ omnis māsuetudinis eius ꝛ nō reddidi retribuentib⁹ mihi mala quid aliud dicit q̄ꝫ dimit. no. vsq̄ꝫ in tētationē. qui dicit eripe me de inimicis meis deus meus qd aliud q̄ꝫ libera nos a malo? Et sic omnia sanctaꝝ precationū v̄ba discurras nihil inuenies qd̄ in illa orōne nō ꝯtineatur. Plena igitur est ꝛ breuis q̄ꝫ breuitas ad vocalē orōneꝫ ꝯfert. Quia vt Augu. ad probaꝫ. Dicūtur fratres i egypto chrebras habere orationes eas tamē breuissimas. ꝛ hec de secūdo mysterio.

¶ Tertiū mysteriū est de hui⁹ orōnis fructuositate d̄ qua di. Isido. ꝑmo de summo bono. c. xxij. Fidei symbolum ꝛ dn̄ica orō pro tota lege paruulis ecclesie ad celoruꝫ regna sufficit capescenda. ꝛ Aug. in Enhe. cap. xiiij. De quottidianis breuibus leuibusq̄ꝫ peccatis sine quibus hec vita n̄ ducit̄ quottidiana oratio fideliū satisfacit. Eoꝝ enim interest dicere pr̄ nr̄. ꝛc̄. super quo verbo. d. ma. in. iiij. di. xv. dꝫ hec orō minima quottidiana peccata delet ꝛ illa a quibus vita fideliū ēt scelerate gesta: sed penitendo i melius cōmutata discedit. Idē habetur. in. c. de quottidianis. de pe. di. iij. Si graue putas tibi peccata dimitti sine qb⁹ viuere nō potes dic frequēter orōnē dn̄icam vt etiam hētur de cons̄e. di. ij. aquaꝫ sale ꝑ aque benedicte aspersionē remittūtur peccata venialia. Itē per deuotam pectoris tūsioneꝫ. de pe. di. i. tres actiōes ꝛ intellige ista tria qn̄ fiunt cū cōtritione. ꝛ hoc de tertio mysterio. Sed anteq̄ꝫ nostrū concludamus sermonē nota tria documēta que tu aīa deuota omni conatu quottidie debeas obseruare. Quotienscūq̄ꝫ dicis orōnem dn̄icaꝫ ꝑmo qn̄ dicis illud verbū sanctificet̄ nomē tuū flecte genua vel

saltē inclina caput ostēdēs aliq̄ʒ reuerentiā nō solū mēte sed ēt corpore sanctissimo nomini oīpotentis dei quia pro hac reuerētia accedet tibi bona gratia Eccle. xxxj. Secūdū documētū q̄n dicis v̄bū illud dimitte nobis debita nostra tūdc ꝛ ꝑcute pectus tuū vel saltem corde habeas cōtrictionē de peccatis tuis q: remittent tibi illa vt dictum est. Tertiū documētum quādo dicis sicut ꝛ nos dimittim⁹ debitoribus nr̄is toto corde ignosce te offendētibus ꝛ ora pro eis dn̄ʒ qa propter hoc exaudieris in alijs orationibus tuis ab ipso deo glorioso qui es bn̄dict⁹ in secula. Amē.

¶ Sabbato. lx. de expositione salutationis angelice. Sermo. xv.

I N instātia mea quottidiana sollicitudo oīuʒ ecclesiaꝝ. ij. Cor. xj. Deuotio xp̄ianoꝝ vt plurimū solet esse si bn̄ ꝯsidero p̄ces mei erga Jesum xp̄m ꝛ suā dulcissimā matrē ꝛ in orationib⁹ eoꝝ cōiter vtuntur oratione dn̄ica ꝛ salutatione angelica atq̄ʒ simbolo apostoloꝝ q: igitur mea inst ītia quotidiana more apl̄i cui⁹ exēplū nos p̄dicatores sequi debem⁹ est docē ea ad q̄ xp̄iani deuoti exercere debēt cū superius tractauim⁹ ꝛ de simbolo ꝛ de orōne dn̄ica ꝛ de verbo dei ꝛ de missa: in quib⁹ omnib⁹ ostēdunt signa christianitatis ꝯueniēs videt vt de ipsa angelica salutatione aliquid tractemus vt oēs sciant quid importāt verba dicte salutatiōis atq̄ʒ sic frequētius deuotius atq̄ʒ libētius eā dicant. Circa igitur istā salutationē triplex principale mysteriuʒ in ea inclusum considerabim⁹ ad honorē trinitatis.

Primū salutationis.
Secūdum comēdationis.
Tertium supplicationis.

¶ Primuʒ ibi Aue gratia plena dn̄s te. Secundū comēdationis. ibi bn̄dicta tu in mulie. ꝛ bn̄dict⁹ fruc. ven. tui iesus. Tertiū supplicationis ibi sancta Maria mater dei ora pro nobis pctōrib⁹ Amē.

¶ Primū mysteriuʒ salutationis ꝯtinet ꝛ includit tres excellētias ipsius gl'iosissime v̄. q̄ruʒ prima ibi. Aue. ij. ibi gr̄a plena. iij. ibi dn̄s tecū. p̄ma ꝺ nature scd̄a gr̄e tertia glorie. Prima excellentia dico ꝙ est nē ꝛ demōstrat in hoc verbo Aue. ꝛ hoc triplici mō. Aue idē est qd̄ sine ve: ꝛ denotat ꝙ ipsa natura gloriosissime v̄ginis seu ꝑsona eius fuit libera a triplici ve: cui subiacet totū femineū gen⁹. s. pudoris in ꝯcipiēdo. Cōcipiūt eniʒ cōiter cū sui violatiōe: de qua habent aliquē pudorē. vn̄ nōn publico sed in occulto ꝯueniūt in cōiugali cōmertio: ex quo cōcipiūt nō i manifesto: sed in secreto: nō ꝓpter aliud nisi ꝓpter pudorē. Multa. n. honeste fiūt: que nō honeste manifestātur: neq̄ʒ vident. Secūdum ve: cui subijciūtur oēs femine: est ve laboris in gestatione. s. ꝓlis iaʒ ꝯcepte grauat enim: ꝛ ideo importando talē grauedinē sentiūt laborē. Tertiū ve est doloris. s. in ꝑturitiōe. Sentiūt enim femine in par

tu dolores terribiles et vehemētes. Unde in scriptura sacra: magni dolores assimilantur doloribus parturientium. Ipsa gloriosissima virgo habuit hāc primā excellentiā in psona sua quia fuit libera ab illo triplici ve: ppter qd merito dictū est ei. Ave. Cōcepit enim filiū suū sine sui violatione portauit eū sine grauedine peperit sine dolore: vn Ber. Fuit sine corruptiōe fecūda sine grauamine grauida: sine dolore puerpera. Ratio aūt querit in cceptione fuit inuiolata est: q2 nō cceepit humano semine: sed mistico spiramine: angelo sibi dicēte. Spūs sctūs superueniet in te: et qd ex ea natus est: sanctū fuit et vocatū filius dei. vt Luce. i. Hec enim porta felix pn cipi est illa seruata est: quā et igrediēdo et egrediēdo inuiolatā et illibatā seruare potuit: et seruauit. vt Ezech. xliiij. figuratū est. Uidi portam in domo dñi clausam: ad oriētem sanctuarij positā: que nō aperietur: nec hō transibit per eā: nisi tm̄ dñs deus israel: et clausa erit in eternū. Quā excellentiam magnifaciens Orige. dicit in omelia vigilie natiuitatis dñi. O magne admirationis gr̄a. O inenarrabilis suauitas. O ineffabile magnūq sacramentum. Quis vnq ista audiuit? Et quis hoc cogitare potuit. vt mr̄ vgo eēt: et itacta generaret? q et virgo permāsit et genuit. Sicut enim quodā rubus cōburi videbat: et ignis eū nō tangebat: et sicut tres pueri i camino ignis iclusi hēbātur: et tamē eos ñ ledebat incendiū: nec odor fumi erat i eis: vel queadmodū Danieli intra lacum leonum incluso claustris ñ apertis: allatum est prandium ab Abachuc. Ita hec virgo sctā genuit dñm sed intacta pmāsit. mater effecta est: sed virginitatē non amisit. Uirgo ergo genuit: et vgo permansit. Genuit infantem: et vt dictū est: virgo permāsit. Mater filij facta est. et sigillum nō perdidit castitatis cōcor. Aug. di. O q bona mr̄ est illa: que sine cōtaminatione cōcepit et sine dolore peperit medicinā. Hec igitur excellentia soli virgini ccessa est: alijs aūt mulieribus dictū ē. iij. Gen. Multiplicabo erūnas et cceptus tuos. In dolore paries filios. etc. Secūdo fuit sine ve beata virgo. s. pctī de quo Apoc. ix. clamat aquila volans. ve ve ve ō habitātibus in terra. Per primū ve intellige peccatum originale. Per secūdum actuale. Per tertiū penā illius debitā. Ue enim habitantibus in terra pp peccatū originale qd oēs ctrahūt pp qd sentiūt penā: q2 dolorē in separatione aie a corpore: et corporis incinerationē: seu dissolutionem. Secūdo ve hitantibus in terra ppter culpā tā mortalē q venialem: q2 omnino qui peccat punietur. s. vel in hac vita vel in alia. Ipsa beata virgo fuit libera ab hoc triplici ve ppter quā liberationē dico q fuit excellētissime nature. Peccatum nanq originale nunq ipsa ctrixit: vt pie creditur a q pluribus. Et si ctraxit vt aliqui credūt: stati

in ea fuit extinctū: per spūs sancti sanctificationem qz vt ait ps. Sāctificauit tabernaculū suū altissim⁹ i. beatā vgīnē in qua dñs iesus nouē mensib⁹ habitauit. Secundo fuit sine ve culpe actualis. vt ait Aug. in li. de natura & gra. & magister in iij. di. iij. Nullā prsus volo habere questionē de Maria cū de peccatis agitur. Ei nanqz collatum est tantū gratie munus ad vincendū ex omni parte peccatū: qr ↄcipere eū ac permeruit: quē ↄstat nullū habuisse peccatū. Hac igit virgine excepta: si omnes sancti & sancte ↄgregari possent: & quereretur ab eis: an peccatū hērēt: qd nisi rētnili qd Joānes ait? Si dixerimus qz peccatū nō hēmus nosipsos seducimus. Tertio fuit sine ve pene. Nō enim in separatione anime sensit illū dolorez: nec corpus suū fuit incineratū aut dissolutū: sed corpore & anima est in celuz assumpta: vt expresse tenēt Aug. & Bernar. quibus ↄsentit vniuersalis ecclesia. Tertio mō declaratur excellentia nature vgīnis p verbū Aue: qz fuit sine alio trinitati ve: in quo mundus plenus est. s. cōcupiscentia carnis: oculoꝝ: & superbie vite pme Jo. ij. Exclusit nāqz a se auaritiā: seu oculoꝝ ↄcupiscētiam per altissimā paupertatē. Fuit. n. pauperrima. Lasciuiā: seu carnis ↄcupiscentiā: per virginitatē. Fuit. n. virgo integerrima: vt dictū ē Uite vero superbiā per ꝓfundissimā humilitatē: qz fuit vgo humilima. Merito ergo dcm̄ ē ei: aue In quo verbo demonstratur sic nature excellētia vt dictū est. Additur vero ab ecclesia nomē proprium ipsius benedictissime vginis. s. maria qd ab eodē euangelista luca premissum erat: cuz dixerat & nomē vgis maria. Circa qd nomē cōpendiose nota: qr hoc nomē maria iterpretatur. maris stella: ad innuēdū qr illa est stella nauigantib⁹ hoc mare magnū & spaciosum. &c. Et ideo sicut nauigantes vt perueniāt ad portū: indigēt stella maris: & nos ipsa gloriosissima vgine. Ideo Bernar. super missus est. Ne auertas oculos tuos a fulgore huius syderis si nō vis obrui ꝓcellis. Si insurgūt vēti tētationū: si incurras scopulos tribulationis respice stellā: inuoca mariā ipsam sequēs: nō deuias: ipsam rogans: nō desperas: ipsam cogitās nō erras: ipsa tenēte: nō corruis: ipsa protegente: non metuis ipa duce nō fatigaris: ipsa ꝓpitia peruenis & sic in temetipso experiris: qꝫ merito dictū sit: & nomē vginis. maria. Secūdo interpretatur: mare amarū: ad innuēdū qr in passione filij sui: cui cor eius fuit amarissimū. vnde gladius eius ptransiuit animam suam: vt predixerat. Simeō. Tertio interpretatur dña: ad innuēdū qr in sua assumptione: quādo exaltata est super choros angeloꝝ ad celestia regna: facta est regina celoꝝ & dña mūdi. Ideo aia deuota: frequēter dic illa duo verba Aue maria: qm̄ dicit Bernar. Celum ridet: angeli gaudēt demones

fugiunt: infernus tremit: cū dico Aue maria. Scđa excellētia glo/riosissime virginis: quā includit salutatio angelica: dr̄ excellētia grē ꝛ exprimitur: qn̄ dicimus: grā ple. vbi nota. quod triplici gratia fuit plena. s. corporali: spiritali: ꝛ singulari. Prima gratia corporalis fuit virginitatis in carne: que quidem maxima gratia est: ꝛ maxim⁹ thesaurus. vnde Sapien. iiij. O q̄ pulchra est casta generatio cū claritate: vbi nō. q̄ ly o nō ponit̄ hic vocatiue: sed admiratiue: quasi velit dicere: q̄ ineffabilis ꝛ inenarrabilis est ipsa castitas: ꝛ maxime in summo gradu idest in v̄ginitate. Quā ɔclusionē ponit frā. d̄ ma. in quodā sermone de v̄ginitate ꝓbat per hanc rōnē. s. q: placet deo angelis ꝛ hoīb⁹. Qđ placet deo: clarū est multis signis. Naꝫ ꝛ illā quā eligit in mrēm: voluit eē virginē: ꝛ quē inter apl'os familiari⁹ dilexit: fuit virgo: ꝛ ipsam carneꝫ quā sibi vniuit: voluit esse v̄gineꝫ Jdō Prouer. xxij. Qui diligit cordis munditiam: amicū habebit regem. s. celesteꝫ. ꝛ Beda sup Luc. dicit. Xp̄s in summa pace est nat⁹ vt se pacē diligere ondēderet: rex de v̄gine est natus: vt se v̄gineum decus diligere demōstraret. Qđ placeat angelis: etiā clarum est. Gabriel nanq̄ reuerentissime salutauit ipsam v̄ginem gloriosam propter suā virginitatē a Joāne quoq̄ euāgelista nō permisit se adorari. vt Apoc. xxij. ꝓpter candē cām honorauerūt angeli agnetē in veste: Ceciliā in coronā: Agathā in tabula marmorea: chaterinam in sepultura. Quib⁹ oībus p3 v̄ginitatē ꝓpter sui formositatē placere angelis. Qđ etiam placeat hoīb⁹ clarū ēq: iperator in autēti. Quibus modis naturales. §. illđ quoq̄ colla. ꝛ castitatis summus amatores. De his tamē latius alibi: cuꝫ de v̄ginitate deo duce tractabimus Grā igitur corporalis. s. v̄ginitatis quā v̄go gloriosa habuit i carne magna fuit. Secūda grā. s. spiritualis: quā habuit beata v̄go: fuit habūdātia v̄tutū in mēte. Oēs eni virtutes habuit ꝛ intellectiuas ꝛ morales: ꝛ cardinales ꝛ theologicas. vnde gloriosus Hyero. in sermone de assumptione: sup illo verbo Canti. iiij. Ortus conclusus soror sponsa dicit. Ortus ɔclusus in quo ɔsita sunt vniuersa florum genera: ꝛ odoramēta v̄tutū. vnde ipsa merito pōt dicere illud Eccle sia. xxiiij. Jn plenitudine sanctorū detētio mea. Qđ ecclesia cantat in festiuitatibus suis: super quo Bernar. Merito in plenitudine sctōꝝ detentio mea: q: ei nō defuit fides patriarcharū spūs ꝓphetarū zelus apostolorū ɔstātia mrūm: sobrietas ɔfessorū castitas virginum fecunditas ɔiugatorū immo nec puritas angeloruꝫ. Magna grā fuit hec secūda grā v̄ginis. s. virtutuꝫ. Tertia grā ipsius est grā singularis. ꝛ hec ɔsistit in hoc: q: nō soluꝫ hūit gratiam pro se: sed pro omnibus nobis. Omnis nanq̄ gratia: q̄ huic seculo cōicatur: triplicem

habet processum. s. a deo in xp̄m a xp̄o in v̓ginē: et a v̓gine in nos di spensatur a deo. A deo quidē pn cipaliter quia omne datū optimū etc. Jaco. i. ij. ab ipso dn̄o iesu xp̄o inquātum est homo. Ipse nanq̄ in p̄senti seculo viuēs: meruit nobis oēm grām: quam de⁹ ab eterno disposuerat dare huic mō: sicut Jo. i. scriptum est. De plenitudine illius accepimus omnes: et grām pro grā. Gratiam quidem ꝯsumatam que est gloria: pro grā. s. gratum faciēte: vt exponit Aug. Tertio ꝓcedit a v̓gine benedicta. a tēpore. n. quo concepit deū in vtero suo: quandā: vt sic dicā iurisdictōnem: seu auctoritatē habuit in omni tēporali ꝓcessione spūs sancti. Ita q̄ nulla creatura a d̄o recipit gratiam v̓tutis: nisi s̄z dispensationem ipsius v̓ginis matris. vn̄ Cātica. vij. Collum tuum sicut turris eburnea. Caput nanq̄ nr̄m: a quo oēs diuine gratie in nos fluunt: ē ipse xp̄s: cuius collum: per quod trāseūt: est ipsa gloriosissima v̓go. Ideo Ber. Nulla gratia venit de celo ad terram: nisi transeat p manus Marie. et Hyero. Diligētius aspitias nihil v̓tutis est: nihil speciositatis: nihil candoris et glorie: quod ex ea non resplendeat. Tertia excellentia v̓ginis gloriose: dr̄ excellentia glorie. Et hanc exprimunt xp̄iani: cum dicunt. Dn̄s tecum. Circa q̄d nota: q̄ ex eo q̄ dicit dn̄s et nō specificat quis dn̄s intelligitur ille dn̄s: cuius dn̄ii ē independens vniuersale et eternū ꝓpter que tria dicitur dn̄s per antonomasiam et iste dn̄s est deus. Et quia opera trinitatis ad extra sunt indiuisa s̄m regulā Aug. de trinitate. c. Deum autem esse cū creatura est opus ad extra: ergo sequitur q̄ deus pater: deus filius: et deus spūs sanctus est cū gloriosissima v̓gine. Deus nanq̄ pr̄ est cum ipsa gloriosissima v̓gine: q: spōsa ei⁹ facta est. Deus filius: q: mater ei⁹ Deus spūs. s. q: eius thesaureria. Tecū ergo dn̄s o gloriosissima v̓gine: nō cōiter sicut cum alijs: sed singulariter: q: i vtero tuo: natura nr̄a vnita ē nature diuine q̄d gdē fuit tua glia singularis. Ideo Ambro. Mēne grā plena dr̄: q: grām quā nulla alia meruit: a deo auctore ꝯsecuta est: q: inr̄ dei effecta. Et Bernar. Ipsa est v̓ginis gloriosa singularis et excellēs ꝓrogatiua q̄ filium vnum: eundemq̄ cum deo patre meruit hr̄e cōem: quā singularem gloriam et excellentiam nulla alia creatura inuenire potuit. Ideo Augustinus. in quodam sermone de natiuitate v̓ginis. Sūma dei sapientia: nullam in massa humani generis inuenit viam: p quā vt disposuerat: i mūdū veniēs ei⁹ subueniret luctuose pditioni: donec ad illam: de qua loquimur: v̓ginē ventū est. Sed h̄ vox vt in mundū per humane generationis lineam venit: tāta oīs boni v̓tute resplēduit: vt eam dei sapientiā veridice indicaret: vt per ipsam in hoīem veniēs: nō tm̄ peccati vel reatū p̄mo rū hoīum: sed et totius mūdi pecca

ta ðleret: hec ille. Et hoc modo sin gulariter fuit dñs cū ṽgine in vtero vbi habitauit nouē mensib⁹: τ anq̃ esset in vtero: eā multipliciter figurando: τ postq̃ fuit secū i vtero. s. ipā pariēdo. Et sic ex his pz p̄mum misterium. Secūdū misteriū est cōmēdationis ibi. Bñdicta tu in mu. τ. b. fru. uē. t. Jesus. vbi triplex cōmēdatio per ordinē ðclaratur. Prima est de bñdicta matre. Secūda de bñdicta ,ple. Tertia de benedicto nomine. Prima cōmēdatio est de bñdicta matre: qñ ðr: Bñdicta tu in mulieribus qð triplex pōt exponi. Primo bñdicta tu in mulieribus. i. super oēs muliēs: qz peruenisti ad tertium benedictionis gradū in genere mulie bri: quem alia mulier nunq̃ attigit: neq̃ attingere potest. Prim⁹ gradus est: q̄ mulier sit fecunda: sed non virgo. Secūdus qz virgo sed non fecunda. Tertius qz simul ṽgo τ fecunda. Duo nempe primi communes sunt omnibus mulieribus. Tertius ṽo soli marie proprium est. hinc Luce. x. scriptū ē. maria optimam partem elegit: q̄ non auferetur ab ea. Quod declarans Ber. inquit. Optimam plane: quia bona fecunditas coniugalis: melior castitas ṽginalis sz optima virginea fecunditas: vel fecūda ṽginitas. hoc solum marie priuilegium cōcessum est. Considero quoq̃ circa hec tria inaudita sup omnes mulieres: in maria gesta fuit enim simul in vnuz parens τ ṽgo: mater τ filia: plena τ vacua. plena quidem filio vel vacua semine hominis: ideo ipsa iubilando cantabat. Quia fecit mihi magna qui potens est. Luce. i. Secūdo potest exponi. Benedicta tu i mulieribus idest iter mulieres triplici ratione: qz benedictionez participauit cum omni statu τ genere mulierū. Fuit enim cum ṽginibus ṽgo: cum coniugatis fecūda τ cum viduis casta. propterea ei Ecclesiastici. xxiiij. dictum est. In Jacob inhabita in israel hereditare: τ in electis meis mitte radicez. Jacob interpretatur luctator: per quem status coniugatorum significatur. Israel ab angelo suscepit nomē: quando enarrauit femoris eius neruus. geñ. ideo continentiam p̄figurat: electi virgines merito nuncupantur. quia hij sequūtur agnū. quocūq̃ ierit Apo. xiiij. ¶ Tertio pt̄ exponi. bñ. tu i mu. i. a mulieribus. τ hoc ,ppter trinā benedictionē: quā mulieres ,ppter ipsam: ꝯ tria mala optinuerūt: a q bus liberate sunt ,ppter virginem benedictā.

¶ Primū malū fuit verecundia eue. Que nāq̃ mulier fuisset ausa apparere: cū ,ppter mulierē perditum fuerit totuz humanū genus? ,ppterea in signū huius verecundie: datur in capite eius: vellum. Hec bñdicta mulier. s. Maria hāc cōfusionem redemit: cū per ipsam humanū gen⁹ saluatuz sit. Jō glo sup illud Luce. i. Missus est angelus gabriel. Mulier a dyabolo seducta: mortē intulit ceteris mu-

lier ab ãgelo edocta: ſalutẽ edidit.

¶ Secũdum malũ. erat maledictio legis: ꝑpter quam: maledicta erat omnis mulier: q̃ nõ perducebat ſemẽ i iſrael. deutero. xxij. Dura neceſſitas: ⁊ graue qdem iugũ ſuper oẽs filias eue. Nã ſi paruit cruciantur: ⁊ ſi nõ paruit: maledicunt. Sed hanc maledictionem. beata Maria virginũ primiceria aboleuit: cũ prima virginitatẽ ſuã dño conſecrauit. Ideo ps. de ipſa ait. Adducentur regi. ſ. xpo virgines poſt eã. ſ. reginã mariã: que pma ſummo regi ſuã dedicauit virginitatem ꝓxime eius. ſ. vidue ⁊ ↄtinentes: q̃ꝫ virginibus proxime iudicantur offerent tibi. ſ. xpo.

¶ Tertiũ malũ erat deiectionis: ſue ↄditiõis deiectio. Infirma ẽ. n. ↄditio mulieribus. Vñ primo phiſicoꝝ femina appetit virũ. i. appetit eẽ vir. ſm vnam glo. ꝓuerbiorũ. vltimo. Mulierẽ fortẽ: quis inueniet? Sed ecce preſto inuẽta eſt: cuius precium ꝓcul. ⁊ de vltimis finibus quod eſt xps de ſinu dei patris: que ſua fortitudine dyabolũ ſupplantauit: ſicut de ipſa gene. iij. myſtice ſcriptũ eſt. Ipſa cõteret caput tuum. ꝓpterea ceſſauit abiectio mulierũ. Jõ iudith. v. ipſi in ꝑſona ṽginis dictũ eſt de his tribus. Tu gloria hieruſalem. contra verecũdiã eue. Tu leticia iſrael: ↄtra maledictionẽ legis pro cuius liberatione letantur. Tu honorificaticia populi noſtri: ↄtra abiectionis obprobriũ. Et ſic patet cõmendatio de benedicta matre.

¶ Secũda cõmẽdatio eſt de benedicta ꝓle. q̃ ↄtinet in verbo. Et benedictus fructus ventris tui. qd fecit heliſabeth: qñ a Maria fuit viſitata. ⁊ eccleſia cõmiſcet cũ ſalutatiõe angelica: vt ex vtroqꝫ choro angeloꝝ. ſ. ⁊ hominũ venerãda ⁊ ſalutanda virgo mõſtret. Et merito benedictus fruct⁹ ventris marie: q: quintuplicit benedictus. Nam pmo benedictus i flore vñ ꝓceſſit: q: de ṽgine: de qua ſupra dictũ eſt. bñdicta tu in mulierib⁹.

¶ Secũdo benedictus in decore. q: ps. dic. Spetioſus forma i pre filijs hoim ⁊ Sap. ij. Candor ẽ lucis eterne: ⁊ ſpeculũ ſine macula. Et Canti. v. Dilectus me⁹ candidus ⁊ rubicũdus electus ex millibus ⁊c̃.

¶ Tertio benedict⁹ in odore. Canti. j. trahe me poſt te in odorẽ vnguentoꝝ tuoꝝ.

¶ Quarto benedictus in ſapore ps. Guſtate. ⁊ videte: qñ ſuauiſ ẽ dñs. Et canti. ij. Sub vmbra illi⁹ quẽ deſideraueram ſedi: ⁊ fructus eius dulcis gutturi meo.

¶ Quinto benedictus in valore: q: fuit redemptio gñis humani pme. Cor. vj. Empti. n. eſtis precio magno glo. ⁊c̃.

¶ Tertia cõmẽdatio eſt de benedicto nomine fructus ventris Marie quod ẽ ieſus. quod habet tres mirabiles excellentias. Primo breuitatem in dictione. Non enim ſunt niſi due ſyllabe: vt nõ laboret hõ in dicendo ⁊ frequenter nominãdo hoc ſacratiſſimum

nomē hoc eſt illud vbum abreuiatum qđ fecit dñs ſuper terrā xpo. et Yſac. Scđo h3 in mēſitatem in virtute q2 vt dicit actu. iiij. Non eſt aliud nomē ſub celo datū hoi bus: in quo oporteat ſaluos fieri. Jō. ad phili. ij. In nomie ieſu oē genu flectatur zc. Tertio h3 ſuaui tatē i ſapore. q2 vt dicit Bernar. Jeſus mel in ore: melos in aure: iubilus in corde. Et in alibi iubiloſe cantando ait. Jeſu dulcis memoria dans vera cordis gaudia: ſed ſuper mel z oia: eius dulcis pſentia. Nil canitur ſuauius z auditur nil iocundius: nil cogitatur dulcius: q̄3 Jeſus dei fili9. Et ſic patet ſecundum myſterium.

¶ Tertiū myſterium eſt ſupplicationis. que in fine ſalutationis ponitur: qñ. ſ. dicitur. ſancta Maria mater dei ora pro nobis peccatoribus. Amen. Ubi tria faciūt xpiani. Primo inuocant. Scđo laudant. Tertio poſtulāt. Primo nāq3 inuocant. cū dicūt. Sancta maria. Et merito quidē eā inuocare debemus: q2 cū ſimus vallati z circūdati inimicis capitalibus. ſ. demonijs dānationē noſtra3 omni ſtudio q̄rentibus: ꝓtectione ac defenſſione maxima idigemus: quā p inuocationē huius nois habere poſſumus. Sicut eni3 mare rubrū fuit amarum egyptijs in ipſo ſub merſis: ita z Maria: qđ nomen mare amarū interp̄tatur: eſt amara demonijs. Unñ Bernar. Non ſic timeāt hoſtes viſibiles: caſtrorum quālibet multitudinē copio ſam: ſicut aeree poteſtates. Marie vocabulū patrocinium z exēplū fluūt z peūt ſicut cera a facie ignis vbicūq3 inueniunt crebrā huius nois recordationē deuotā inuocationē. z ſolicitā imitationē. Secūdo laudant eam fideles: qñ dicūt. Mater dei. Hec qppe maxima ē laus: q2 cū mater ſit relatiuū ſuppoſitionis: ſequit̄ ꝙ illa virgo habeat quādam ſuperioritatē z auctoritatē ſup deu3: q2 ē filius ei9: ſicut quelibet mater ſup filiū ſuū. Et certe laus iſta ta3 grandis eſt: ꝙ poſt illā que data ē xpo. ſ. ꝙ ei9 humanitas ſit vnita vnione ypoſtatica z perſonali eterno vbo: nulla maior illa que datur virgini. ſ. ꝙ ſit mater dei. Maius nāq3 donū eſt ꝙ ſit mater dei: q̄3 ꝙ ſit dña creaturarū dei: q2 hoc depēdet ab illo: ſicut ram9 a radice. Propterea magis ei dicimus mater dei: q̄3 dña mundi: vel vniuerſi.

¶ Tertio poſtulant: cū dicūt. ora ꝓ nobis peccatorib9. Et certe prudēter facit ſctā mater eccleſia: ab ea poſtulando adiutoriū: q2 quanto mediator inter peccatores z deū ad intercedēdū eſt ꝓmptior: z vehementior: ad impetrandū quoq3 dignior: reuerentior: z gratioſior: tanto: ceteris paribus: vtilius eſt ꝓ mediatore eū habere. Sed quonā comparari poterit ſupplicationi materne: alias Marie Aſtat. cui ꝓ nobis ſupplex ad dexteram filij: q2 mater p generoſa3 ꝯceptionē. filia p gratioſam adoptione3. ſponſa per glorioſam aſſumptiōe3

Astat inquātū talis regina ꝓ de-
uote postulantibus ad interceden
dū. Ipsa igitur qꝛ est sponsa: ma-
ter: ꝛ filia: est dignissima ad impe
trandū. Vñ comparat̃ lune. quia
pulchꝛa vt luna. Canti. v. ad in-
nuēdū ꝙ sicut luna ē ꝓpinqoꝛ
nobis ceteris planetis: ita ꝛ ipsa
est ꝓpinquioꝛ nobis ceteris scīs.
Quapꝛopter securi sumus: vt di
cit Bernar. securū habes hō ad
deū accessum: vbi habes matrē an
te filiū: filium ante patrē. Mater
ostēdit filio pectus ꝛ vbera. filius
oñdit patri latus ꝛ vulnera. Nul-
la ergo poterit esse repulsa: vbi sūt
tot charitatis insignia. Et sic pa-
tet tertiū mysteriū. Sed nota tria
documēta. Pꝛimū frequenta o
anima deuota hanc virginis salu
tationē: qꝛ quotienscūqꝫ salutaue-
ris eam: ipsa resalutat te: sicut iter
vrbanos ꝛ curiales hoīes obsuā-
ri solz. Ipsa curialissima regina nū
qꝫ potest salutari sine resalutatiōe
miranda. Si mille vicibus in die
dixeris aue maria milies resalu-
taberis ab ea. Jō. apostolus in mi
sterio ait ad Ro. vltimo salutate
mariā. Secūdum documētum il
lud verbū. domi. tecum. dicas re-
uerenter ꝛ deuote: qm̄ vt ipsa cui-
dam reuellauit desideranti ꝛ que-
rēti scire: quod verbū in salutatio
ne angelica sibi magis placeret: di
xitqꝫ hoc verbū. Dominus tecū.
Et dicas illud trina vice. Domi-
nus tecū o glorio sissima virgo in
coꝛpoꝛe in quo stetit. ix. mēsibus.
Dominus tecū: in aīa ꝑ ꝯtinuam
gr̄az ꝛ dilectiōez. cū q̄ hītauit ab i
stanti sue creationis. Dominꝰ te-
cū: in gloꝛia: per coꝛpoꝛis ꝛ aīe as
sumptionem. Tertium documētū
qn̄ado dicis ꝛ nominas in hac sa
lutatiōe angelica illud nomē dul
cissimū Iesus. vel caput inclina:
vel genua flecte. vt obserues docu
mentū Pauli. ꝛ vt lucrer indul
gentiam. xl. dierū: vt. s. in sermo-
ne de missa dictum est. Et sic faciē
do habebis gratiam in pꝛesenti ꝛ
gloꝛiam in futuro. Benedictꝰ ie-
sus cū sua dulcissima matre Ma
ria. Amen.

¶ Dominica in quinquagesima in mane. quod bona facta in peccato moꝛtali ꝓsint. Sermo. xvij.

Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas: ꝛ si tradidero coꝛpus meū ita vt
ardeā: caritatem aūt non habue-
ro nihil mihi pꝛodest. i. Coꝛ. xiij.
In qbus sanctissimus verbis apo-
sto. ponit tria. Pꝛimū est duplex
ellegans opus ibi. Si distribue-
ro in cibos pauperū o fa. inde. i.
quicqd mihi l3 habere in necessi-
tate pauperū: ꝛ si tra. coꝛ. me. ita
vt ar. sicut fecit Laurētius. per q̄
oīa opera intelliguntur ꝛ omnia
opera pietatis ꝛ mīīcoꝛdie ꝛ ope
ra abstinētie ꝛ coꝛpoꝛalis afflictio
nis que ponit apostо. in hoc pꝛi-
mo texto. Secūdum ē charitatis
defectus ibi charitatem autem nō
habuero vbi. d. Remigiꝰ ꝙ hic
apostolꝰ se ponit ꝓ oībus homini
bus. Tertium est nullus sequens

fructus. ibi. nihil mihi prodest q̃. si diceret aposto. tanta est necessitas caritatis. i. gratie grati facientis q̃ idē est qd charitas vel īseparabiliter charitati ānexa: q̄ si homo distribueret oēs facultates suas: vel traderet corpus suū ad asperitates: ieiunia ⁊ alias afflictiones: vel ad martiriū ita vt arderet: charitatē aūt nō haberet. i. gratiā gratū facientē: nihil sibi ꝓderet: nullū fructū seu vtilitatē ex hijs consequeret. Super quibus vbis mouetur difficultas theologica ⁊ consentialis. Utrum bona facta ī peccato mortali: ⁊ ꝯseq̄nt hac charitate. de qua h̄ apostolꝰ loquit̄ sint oio inutilia ⁊ irremunerabilia ponamus q̄ vna persona stet ī vno peccato mortali vel duobus vel x. xx. vel. c. annis ⁊ infra hoc tp̄s ista talis p̄sona operat̄ alia bona orat: ieiunat facit elemosynas audit predicationes missas ⁊ hm̄oi. Petit̄ an talis qui fecit ista bona in peccato mortali habebit ꝓ eis aliam renumeratione vel nō. circa q̄ dubium ad honorē beatissime trinitatis tria mysteria videbimus.

¶ Primum erit de huius dubij luminosa decisione.

¶ Secūdū de huius decisionis nubilosa oppositione.

¶ Tertium de eiusdē decisionis vigorosa confirmatione.

¶ In p̄mo videbimus quā conclusionē tenere debemus. s. affirmatiuā uel negatiuā. In secundo videbimus: alias rationes ꝯ talē decisionē ⁊ cōsequenter reddet̄ aliqualiter obscura. i. apparebit falsa. In tertio videbimus responsiões ad predictas rōnes qbus responsionibus ille rōnes totaliter euacuabuntur ⁊ ꝯsequenter ꝯclusio decidens hoc dubiū erit magis confirmata.

¶ Quantū ad p̄mum mysterium nota: q̄ dubium h̄ decidunt sacri theolo. ⁊ determinant ⁊ precipue. Sanctus Tho. ⁊ Bonauentura ⁊ Ricar. in. iiij. di. xv. vbi cōcordit ponunt conclusionē affirmatiuā. s. q̄ per bona opera q̄ qs facit semp̄ aliqd alia meret̄: semp̄ habebit aliam renumerationē ⁊ p̄miū. l3 illa faciat in peccato mortali dummō ipsa faciat recta intentione. Audias ergo me o xp̄iane ⁊ tu xp̄iana: si dyabolus tibi suggeret q̄ nō orares: nec ieiunes nec elemosynas dares nec predicationes ⁊ missas audires: nec huiusmodi bona faceres dicendo: q̄ tibi nihil prosunt quia es ī peccato mortali nō credas ei: q2 mentit̄: s3 crede mihi semper fac aliqd bonum: q2 si haberes plura peccata q̄ sunt stelle in celo grana arene ī toto mari frondes in arboribus ⁊ folia in herbis ⁊ cū hijs malis feceris aliqd bonum habebis remunerationem a deo nullomō p̄des illa. ꝓbat̄ aūt hec ꝯclusio triplici via ad honorē beatissime trinitatis. s. rōne: auctoritate ⁊ exēplo. Prima rō ē ista: ⁊ est sancti. Thome. sicut se habet pena ad malū actum sic se h3 premium ad bonū: sed sic

se hʒ pena. ad maluʒ actū: q̄ semp sequit̄ illū ergo sic se habet p̄miuʒ ad bonū: q̄ semper sequit̄ illuʒ. i. quella ꝯueniētia che e itra el mal fare e la pena: e anchora intra el p̄mio e el ben fare pʒ hec ꝓpositio p illā regulam Ari. iiij. Topi. sic̄ ꝓpositū de ꝓposito ꝛ oppositū d̄ opposito vt si cecitas q̄ ē ꝓuatio q̄ dā visus ē cā tristicie: visus erit cā leticie. Et si gratia ē cā meriti ergo peccatum cā demeriti: ꝛ sic de alijs oppositis ꝛ talē aūt ꝯueniētiaʒ hʒ pena ad malā actū: q̄ semper seq̄rit illū. i. che semper dapo el mal far va la pena. deus. n. facit sicut bonus p̄latus alicuius colegij religiosaꝝ p̄sonarū audit. n. culpas in capite singularum p̄sonarū ꝛ cuilibet iponit penā ꝓ cōmissis defectibus. vni. n. ipōnit q̄ cōmēdat panē ꝛ aquā ꝛ alij q̄ faciat disciplinā alij q̄ añ oēʒ cibū bibat ciatū aq̄ frigide ita ad ꝓpositū. o peccator nō expectas bonū ꝓ malo. imo scias che si male feceris: te ne beuerai laqua. deus eni tāti ē rigoris ꝛ seueritatis q̄ nunq̄ dimisit nec dimittet aliq̄d malum ipunitū. Un̄. Job. xxiij. de⁹ nihil inultū abire patit̄ ꝛ mat. xij. de oi v̄bo ocioso q̄d locuti fuerint hoies reddent rōnem in die iudicij. Uerbū aūt ociosum est: quod aut ratiōe iuste necessitatis aut intentione pie vtilitatis caret: vt declarat gregori⁹ i mor. Si ergo punit hoies ꝓ v̄bis ociosis: q̄ sunt peccata venialia: quāto magis puniet ꝓ peccatis magnis. Uera ē ergo illa sniā q̄ pena sequit̄ maluʒ actū. i. deus p̄parauit penā cōuenientē culpe. Sed o dn̄e mi non es tu ꝓnior ad donādū: q̄ʒ ad condēnādū: ad p̄miādū q̄ʒ ad puniēdū? Certe sic. Sicut ergo ꝓpter tātā rectitudinē nunq̄ʒ dimisisti nec dimittes aliq̄d malū ipunitūʒ. ita pariformiter nunq̄ʒ dimisisti: nec dimittes ad bonū sine remuneratione Ideo bn̄ dicit illa diuulgatissima snia que attribuit̄ Aug. q̄ nullum malum impunitūʒ ꝛ nullū bonū irremuneratū deus abire permittit. Secūda rō interrogo te q̄ expertus es i mundo: qd requiritur: vt bene regat̄ vna res publica siue sit politica siue sit domestica. vt ꝯgregationes ꝛ colegia virorum vel mulierū? Certe q̄ʒuis multa sint necessaria ad bonū regimē tū maxime necessaria est iustitia ꝛ tenere bilantiā rectā. Ideo sapi. i. p os sapientis loquit̄ deus. Diligite iusticiā q iudicatis terrā. Q̄d aūt iusticia maxime ad bonum regimen necessaria sit: hinc pōt considerari. nā ille lib sapi. quē fec̄ salomon p̄ncipaliter ad tales rectores congregationū politicarū vel domesticarū dirigit. ꝛ v̄bum preallegatū. s. diligite iusticiā q iudicatis terrā est p̄muʒ v̄bum illius libri quasi positū profundamento oium aliaꝝ reruq̄ ad tale regimē requirunt̄. Sed nomē vt. d. Tho. ij. ij. q. xvj. ar. i. Et in p̄ma pte. q. xxj. ar. i. ꝛ Ric. in. iiij. d. xlvj. ꝛ cōcor. Aristo. v. ethicoꝝ q̄ duplex ē iusticia. s. cōmutatiua ꝛ distribu-

tiua. Prima est directiua cōmutationū. Secūda distributionum iusticia cōmutatiua q̄ dirigit commutatiōes requirit adequationē rei ad rem verbi gratia tu vendis et ille emit. ad hoc vt sit iusticia iter vos ambo debentes oportet quod tantum detur quantum recipitur alias puerteretur iusticia cōmutatiua si res valet decē et emptor dat solū .ix. decipit vēditorē i vno: et sic peruertit iusticiā cōmutatiuam et ita dico in omnibus cōtractibus cōmutatiuis vt in locatiōe: conductione et permutatione: oportet semper quod tanti sit res recepta quāti ē res data: vel vsus. Justicia autem distributiua. nō requirit adeqtionē rei ad rē: sed proportionē rei ad psonā vel ad meritū psone. i. quod quelibet persona rei publice tractetur secundum merita sua. Si. n. tractarentur oēs equaliter iniustū eēt: quia nō oēs sunt equales vna nāqz psona est bona alia peior alia pessima: nunquid oēs iste psone debent equaliter tractari? Certe nō vis videre? Quid merentur mali: nō nisi penā nunquid iustū est dare penā innocenti et iusto? nadi nō. Res. n. q̄ culpa caret: in damnum vocari nō conuenit: vt i. c. de cognoscentes de consti. et pecca. suos tamen debēt tenere actores. vt i. c. q̄suiuit. de hijs que fiūt ama. p capi. xj. q. iij. illud et de sen. ex. c. romana. Et. l. sancimus. C. de penis. Similiter et si habet imponi vna collecta vni multitudini ad hoc seruetur iusticia distributiua oportet quod quilibet taxetur secundum vires facultatum suarum. vt. s. diues soluat magis q̄ pauper. Sed heu heu heu. Vere hoc verbū nō sine dolore audiri. aut proferi debet. heu vndiqz iusticia ē peruersa: lacerata exulata: clama: oyme la iusticia e morta si bene cōsideramus cōtra debentes quilibet conatur decipere sociū suū: cū quo contrahit. nulla fidelitas. nulla legalitas nulla rectitudo hodie ē i mūdo. De distributōibus qd dicā? Heu quia boni sunt contēpti depressi: et ab oibus dignitatibus repulsi: presumptuosi autē homines morte digni sūt dignificati et exaltati: et honorati. similiter quando distributiones solutionū fiūt: aggrauātur pauperes vltra proportiōem suarū facultatū: vt alleuientur consanguinei et amici. Cordialiter ergo dolere ac flere debemus? quia iusticia mortua est. et licet alicubi seruetur in criminalibus: nō tamē i ciuilibus: vel ecōtra et si seruatur in vno homine: nō generaliter in oibus: quia li sforzunati sono qlli: che sono ipiccati nō gia li latroni. Vere patres maior defectus est in re publica iusticie q̄ frumenti vel panis. nō plus recedamus ad propositum fecimus disgressionē nō tamen inutilē. Ex dictis elige hāc conclusionē quod rectores rei pu. vt bene regant: oportet quod seruēt iusticiā distributiuā. i. quod tractēt subditos secundum merita sua. or mō peto: quis ē rector rei publice. vniuersi? Certe tu deus. qui perpetua mundū rōnē gubernas etc. vt. d. Boe. Sed nūquid ipse deus ē iustus? audi ps. x. Justus dominus et iusticias dilexit. equitatem vi. ini. eius. Sed quia iusticia iustus est deus. d. Thoma. et

Ric. vbi.s. q sola iusticia distributiua est in deo. dat.n. vnicuiqꝫ ſm opera sua vt dr in ps. ꝛ mat. xvj. Ponamus q sunt duo quorũ vnus facit.c.pctã ꝛ cum hijs nullũ bonum. alter facit tot ꝛ tãta peccata. quot ꝛ quanta. pmus post sed cum hijs facit alia bona orat ieiunat: peregrinaẽ audit pdicationes missas facit elemosynas ꝛ similia: nunqd illi debẽt equaliter tractari a deo? Certe nõ: q2 nõ sũt equales in vita. Illam vnꝰ: licꝫ faciat mala: facit tñ aliq̃ bona: alter vero nulla. oꝫ ergo dicere q aliqd pmium ꝛ remunerationẽ habebit iste a deo: pꝑter ista bona q̃ facit in peccato moꝛtali quã remunerationẽ ꝛ pmium nõ habebit iste q nihil boni fecit. melius est.n.facere aliqd boni: q̃ꝫ nihil ꝛ ideo si nõ esset remuneratus: videreẽ q deꝰ non esset iustus: q est incõueniẽs ꝛ per consequens impossibile per illam maximam Ansel. quã habemus in theo. q oẽ inconueniens in deo est ipossibile. Tertia rõ: ponamus q vnus filius existens in peccato moꝛtali: substentet pentes suos nunqd ipse pꝛemiabiẽ propter istã substentationeꝫ parentũ? Certe sic: quia viuet longo tẽpoꝛe super terraꝫ: atqꝫ feliciẽ vt pmittitur ei. Exo.xx. Honoꝛa patrẽ tuũ ꝛ matrem tuã: vt sis longeuus sup terraꝫ. Si talis vite felicitas ac lõgeuitas: solũ dareẽ honoꝛantibꝰ filijs pentes suos sine peccato moꝛtali: ꝛ in statu gratie: parua eẽt ista remuneratio: qm̃ illi tales ex obseruantia pceptoꝝ: expectant vitam eternã: put eis pꝛomittitur math. xviij. Si vis ad vitam ingredi: serua mãdata. Concluditur ergo q talis remuneratio daẽ etiã filijs existentibus in peccato moꝛtali dũ mõ honoꝛent pentes suos ex quo arguo sic. non est maioꝛ rõ q̃re qs existens in peccato moꝛtali debeat a deo pmiari pꝛo operatiõe huius actus virtuosi q̃ꝫ pꝛo obseruatione cuiuslibet alterius. Ergo filij mi fa bene: fa bene fa bene: chel ben fare may si perde. Quarta rõ ecce: ponamus q vnus faciat vnaꝫ elemosynam: ieiunium oꝛationeꝫ ꝛc. solum ad gloꝛiam mundi: clarum est q ipse peccat pꝑter intentionẽ obliquã: quã hꝫ: q2 facit ꝯ pꝛeceptum xpi. Mathe.v. vt honoꝛeẽ ab hoibus. sed nunquid mereẽ aliquid? Certe sic: q2 dicit ibidẽ xpo amẽ dico vobis q2 receperũt mercedem suã.s.ibi ypotecate que est ista merces quã xpo.d. eos recepisset? Certe nõ nisi illam quã querunt. fumũ querũt: fumum habẽt gloꝛiam mundi voluit illam inueniunt. extimari ꝛ reputari pꝛo bonis desiderant ꝛ factuꝫ ita ẽ: q2 dr vbiqꝫ q sũt deuoti charitatiui: ꝛ boni ecce iã habent q volũt. Ex h argumẽto sic ipse facit h bonuꝫ ꝛ peccat faciendo istud. ꝛ tñ vt dictũ est: mereẽ aliquã remunerationẽ pꝛo isto. quãto magis mereẽ remunerationem aliquaꝫ ille: q faciendo aliquod bonum nõ peccat illud faciendo. lꝫ stet in alio peccato moꝛtali Ponamꝰ ergo q ali-

qs stet in odio aut in cōcubinatu publico vel secreto ipse orat ieiunat. et alia bona facit certum est q non propter talia faciēdo peccat. si ergo ipse ypocrita faciēs eadē bona: praua intētione peccet. ista faciendo: et tn̄ premiatur: vt dictū est. multomagis premiabit ipse. vera ē ergo ista conclusio. Et iō xpiane mi xpiana mea fa bn̄ fa bn̄ fa bn̄: q: quātuis stes in peccato mortali: nunq̄ bonū qd facis perdit: aliquomō aliq̄ via remuneraberis. Secūda via q̄ probatur veritas istius cōclusionis est via auctoritatis. et sicut posuimus quattuor rōnes: ita ponamus quattuor auctoritates. prima auctoritas habet ecclesiastici. vltimo. Operamini opus vestrū ante tempus. s. mortis: et dabit vobis mercedem vestram in tēpore suo. i. in pn̄ti tpe vel in futuro. et iō fili mi fa bene: q: pro bono opere oī modo habes premiari. Secunda auctoritas habet math. x. q recipit prophetam in nomine prophete mer. p ac. et qui recipit iustū in nomine iusti. merce. iusti. acci. et qcūq̄ potū de vni ex minimis istis. ca. aque fri. tn̄ in nomine discipuli. Amen dico vobis nō perdet mercedē suam. O benignissime deus pijssime deus dulcissime deus Videte quantū remunerat elemosinā quā hō potest facere. dicit nanq̄ primo. qui dederit potum non dederit qui dederit vnam bonā refectionem vel forte vestierit vel forte dimidiū bonorum suorum &c: Sed qd' qui dederit potū. Deide dicit vni nō dicit multis ex minimis istis. nō dicit mihi vel vni apostolorū prophetarū: martirū doctorū. &c. sed ex minimis cali. aq̄ frigide vides q nō dicit qui dederit vnatiam: o maluagiam o altra specie de vino che sia forse piu precioso: sed calicē a que frigide. o: inuenitur qd vilius aqua? attēta magna eius abūdantia? et tn̄ dicit qui dederit calicē nō magnā quātitatē aque. pōt ne magis minui h̄ elemosina: certe adhuc minuit eā q: dicit frigide ne esset excusatio nō habēdi ligna ad ignem faciendum si deberet dare calida et ne expendatur tātū temporis in calefaciendo. imo et ad huc magis exprimit q: ponit signū exclusionis tn̄ et demum vt nulla minor elemosyna possit inueniri q̄ ista dicit. in nomine discipuli nō solū in nomine meo: amē dico vobis. Ex hac auctoritate nota mirabilē conclusionē: quā elicio Ecce h̄ magnus turchus: quē presuppono. forte peiorē hoiem: q̄ sit super terram. attēto q nō desiderat nisi suppeditare crucem xpi: et xpianissimum extirpare: ac sanguinem xpianorum suggere. Vadit vnus xpianus pauper et sitibundus ad hūc turchū et petit ab eo potum amore xpi crucifixi: et ipse turchus rn̄dit: q̄uis sim huius crucifixi inimicus tamen amore eius do tibi potū: et dat sibi vnū ciatum aque: qd credis tu de h̄? credis q remunerabit de modica ista aq̄ quā dedit sicie̅ti amore xpi? O xpiane tene pro firmo: q nō perdet mercedē suā aliquo mō

aliquomodo pmiabitur a xpo vel in presenti vel in futuro. non dico ego hoc: non dixit xps ore ppꝛio q est veritas inerrabilis ꝛ imenti-bilis. Quicūqꝫ po.de.ꝛc. dicit q-cunqꝫ qcunqꝫ qcūqꝫ neminē ex-cludit nec bonuꝫ nec malū nec fi-delē nec ifidelē.ꝛc. ꝫ qcūqꝫ ꝛ iō fa-bri xpiane mi. Tertia auctoritas ē Pau. ad Gala. vj. bonū facientes nō deficiam⁹ tpe.n. suo metem⁹ nō deficientes. ergo dū tēpus ha-bemus operemur bonū sup qbus vbis di. Remi: Bonū fac nō de-fi.i. a bono opere qꝺ incepim⁹ non cessem⁹: sed in eo pseueremus: vt salutē psequi mereamur. Tempo-re enim suo me nō defi.i. tēpoꝛe cō-gruo ꝛ opoꝛtuno metemus hoc est mercedē nrām accipiem⁹ nō defi-cientes in accipiēda mercede ope-ris nō est tps seminādi hoc est bo-nū operādi. In die.n. iudicij vel in die moꝛtis nre: erit tps messionis ꝛ collectionis. ¶ Quarta auctori-tas ꝛ est figura in veteri testō. gen̄. xxviij. vbi scriptum est. Uidit Ja-cob scalā in somnis: sumitas eius celos tangebat: angelos quoqꝫ dī ascēdentes ꝛ dscēdētes per eaꝫ: ꝛ dnm̄ innixū scale. Scala stās su-per terrā ꝛ cacumē tāgens celum est vita nra: que rō stare super ter-ram dr: q2 de terra sumus de reb⁹ terrenis coꝛporaliter viuimus: su-per terrā gradimur. Sed tamē ca-cumē eius celū tangit: q2 semp ce-lestia desideramus: semper ad bea-titudinē suspiramus pꝛo cui⁹ bea-titudinis acquisitione aliqd boni aliqn̄ operamur: ieiunam⁹ oram⁹ facimus elemosinā ꝛ huiusmodi ꝛ q̄ bona statim angeli nostri custo-des: p scalā hanc ascēdētes: poꝛtāt deo: ꝛ deus facit illos descēdere: ꝛ poꝛtare pꝛo illis bonis factꝫ aliqꝺ pmiū: deus vero innixus scale de-scribitur ad innuēdū: q flagrat de-siderio acceptandi nostras bonas operatiōes: vt hēat occasionē ali-quid dare nobis pꝛo bonis operi-bus nostris: q2 deus magis desi-derat nram salutē: qꝫ nosipsi: ꝛ iō est innixus scale: ꝛ respicit ad nos q.d. o aia mea fac aliqꝺ bonuꝫ: vt possim te digne pmiare ideo facia-mus bona. ¶ Tertio pbat eadeꝫ pclusio via exēpli vbi nō. iiij. exē-pla quoꝝ. Pꝛimū hēt Math. viij. de cēturione ꝛc. seruus infir-mabatur: p quo accessit ad Jesuꝫ di. Dn̄e puer meus ꝛc. cui Jesus ego veniam ꝛ curabo eum: tandeꝫ optinuit sanitatē huius serui. In-terrogo nūc: nunquid ille cēturio erat de populo peculiari ꝛ electo dei? erat ne ebzeus: aut discipulus xpi: aut xpianus? certe nō. Immo paganus ꝛ infidelis: ꝛ gētilis pꝛo-batur. q2 vt dicit Raba. sup vbo. Dn̄e non sum dignus. hec dicebat pꝑter gētilis vite psciētiā. Idē-qꝫ sentit Ori. Immo vt dicit hye-ro. dicebat ille. domine non suꝫ di-gnus pꝛopter ydolorum peniten-tiam que foꝛte retinebat in domo. Si ergo ille infidelis ꝛ ydolatria. etiam in infidelitate sua ꝛ ydola-tria permanens: pꝛopter bona que faciebat: q2 diligebat gentem

¶ Scdo vt ƀʒ Hie. xp̄s ƀsurgēdo
magis suā potētiā ondēderet. Si. n.
lapis ille n̄ poterat īde amoueri abs
que multoꝝ auxilio: ⁊ tn̄ fuit amo
tus h̄ ē idiciū magne potētie. Nō
eni fuit amot⁹ auxilio hūano: ergo
diuinot ⁊ ꝯūr q i illo iacebat sāct⁹
⁊ verax erat: ⁊ cū se deū eē diet huic
v̄itati testimoniū de⁹ phibuit: ⁊ eaʒ
approbauit. Nō tn̄ q̄ lapis ille fu
fuit amot⁹ vt egressuro dn̄o ianuā
pādat ƀm Be. sʒ vt egressus ei⁹ iā
facti hoibus prestet idiciū. Exiuit
nāqʒ xp̄s de sepulchro clauso sigil
lato ⁊ custodito. Et qn̄ di. Mat.
xxviij. q̄ angel⁹ dn̄i descēdit de ce-
lo: ⁊ ac. re. la. ⁊ se. sup euʒ: hoc fuit
post xp̄i resurrectionē. Ut iuxta qd̄
dem̄ ē pa:eret oibus q̄ xp̄s resusci
tatus erat. Nomē ēt q̄ sepulchrū
illud nō solū erat clausū: sed ⁊ cu-
stoditū: dicit eni. M. xxvij. q̄ alte
ra die q̄ ē post pasceuē. i. in sabba
to: ƀm Nic. de li. ⁊ pe. Joā. Nā fe
ria. vj. in q̄ passus est vocabaƭ ab
eis pasceue. i. p̄paratio. illa eni die
p̄pabāt cibaria ⁊ alia necessaria:
p̄ sabbato sequēti: ꝯuenerūt p̄nci-
pes sacerdotū ⁊ phārisei ad pilatuʒ
di. Dn̄e re. su. q: se. ille dixit ad h̄:
iu. post tres dies resur. Ju. ergo cu.
se. vsqʒ idi. iij. ne fo:. ve. di. ei⁹ ⁊ fu.
eū. ⁊ di. ple. su. amo:: ⁊ erit no. ee.
pe. p:io:e. Ait illis pi. Hētis cu.
Jte cu. sicut sit. i. ƀm Ni. de li. cō
cedo q̄ accipiatis milites ad custo-
diēdū eū p̄ volūtate v̄ra. Illi aūt
abeūtes munierūt sepulcrū. s. mili
tibus armatis signātes lapidē sigil
lo suo: ne aliqs posset igredi sine sci
tu eoꝝ cū custodib⁹: sʒ vt dr̄ p̄uer.
xxj. Nō ē ꝯsiliū ꝯ dn̄m: iō fcm̄ iu-
deoꝝ magis fuit ad oppositū: ⁊ ad
certitudinē resurrectiōis: q: ipsis
reuellātib⁹ certificata ē. Un̄. M.
xxviij. dr̄ q̄ qdā d̄ custodib⁹ vene
rūt i ciuitatē ⁊ nūciauerūt p̄ncipi-
bus sacerdotū oia q̄ facta fuerant.
vt pleni⁹ diceƭ in tractatu de resur
rectiōe. Malicia nāqʒ iudeorum
christ⁹ v sus ē ad gloriā suā: vt di
cit pe. Jo. p̄mo i eo q̄ sūt testes v̄-
bi sui: quo post tres dies se dixerat
resurrectuꝝ ⁊c. q̄ hēs i ƀmone vbi
tractatur de testibus humanis re-
surrectionis christi.

¶ Tertio q̄re sepulchrum christi
fuit clausuʒ ⁊ custoditūʒ ē ad innuē
dum q̄ illi q debēt salutifere cor-
p⁹ christi recipe ⁊ aias coꝝ xp̄i spi
rituale sepulchrū facē d̄bēt se clau
dere ⁊ custodire ne peccatuʒ i coꝝ
corda possit intrare. Quattuo: āt sūt
q̄ custodiunt cor a pcō: vt dic ber.
s. pudo: timo:: dolo: ⁊ amo:: mul-
ti sunt q p̄pi pudo:ē ⁊ ꝯfusionem
humanā cauēt a peccato: multi p̄
pter dolorem quem hn̄t de peccatis

Alij pp timorē pene eterne: illa in currāt. Alij pp amorē glie ne illā perdāt: dicit tñ idē. B. q pudor et dolor nō sunt multū fortia ad resistendumq: sepe pudor solatium capit de peccātiuz multitudine: dolor vo de aliq mundi huiꝰ ɔsolatione. Validissimū autē scutū se defēdēdi a pcō i viris perfecti ē amor dei. In viris autez imperfectis timor eterni supplicij.

¶ Quarta circūstātia sepulchri ē q: fuit Joseph nō alteriꝰ hois. De quo Joseph dnt euāgeliste: pmo q erat bonꝰ et iustꝰ: Vñ. M. d. q erat discipulꝰ iesu. Mar. āt q erat expectās regnuz dei. Luc. āt. d. q erat vir bonꝰ et iustꝰ: et q nō ɔsēserat cōsilio et actibꝰ iudeoꝝ ab arimathia ciuitate iudee q expectabat et ipse regnū dei. Jo. āt dicit q erat discipulus iesu: occulte aūt pptr metū iudeoꝝ. Exp̄mit nomē eius q: fm Nico. de li. erat hō famosus Fuit ab arimathia q̄ est ciuitas ramatha: de q̄ fuit oriūdus elchana pr̄ samuelis: vt hr̄. i. Reg. i. c. Erat discipulus iesu. i. fideliī credēs eiꝰ doctrine: occulte: tñ ne expelleret de synagoga: q: fz q Jo. xij. d: ex pncipibus multi crediderunt i iesum. sz ppt phariseos nō ɔfitebantur ne de synagoga expellerent: et et Joseph erat vnꝰ de illis q ante passionē xp̄i de synagoga timebat expelli: qd erat ignominiosum: si xp̄3 ɔfiteret: tñ post passionē factꝰ feruētior exēplo xp̄i aiatꝰ manifestauit se xp̄m volēs honorifice sepelire. Vel forte vt dicit pe. Jo. legē io. nō fecit hoc i p̄ntia iudeorū saltē illoruz quos in hoc metuebat: vel fm Cri. Forte tā ex quo xp̄s defūctꝰ erat extimabat furorē iudeorū eē extinctū: et iō ex tūc nō timuit Expectabat regnū dei: nō qdē tēporalē et terrenū: sz celeste et eternū nō cōsenserat ɔsilio et actibꝰ iudeoruz xp̄m persequētiuz. Dicit ergo Mat. q erat diues. Marcꝰ autē q erat nobilis decurio: et Lu. idē Hic ergo accessit ad pilatuz depo sito corpore timore et ɔfidens et audacter: et petijt corpꝰ iesu. Tunc pilatꝰ iussit reddi corpꝰ tum ppt reuerentiā petētis: q: Joseph erat hō valēs et nobilis atqz diues et decurio. i. existēs de curia. s. p̄sidis: vel iperatorl ppt qd hēbat maiorem aditum: et pilatꝰ petitiōi eiꝰ acqeuit: tum ēt q: sciebat xp̄3 iustuz crucifixū et innocentē.

¶ Circa hāc circūstātiā: prio q̄rit q̄re xp̄s voluit sepeliri i sepulchro iusti ad qd r̄ndet q triplici rōne.

¶ Primo ad innuēdum q christus nō reqescit nisi in corde iusti: Vñ Amb. in sermōe q legit i octaua ephie. Sinꝰ in quo christꝰ requiescit nō corporis gremio preparat: nō vestimētoꝝ ambitiōe ɔponit sz celestiū virtutuz operatōe colligit: Ibi sinꝰ christi ē vbi hitaculuz est virtutuz: Ibi reclinat caput suum vbi domiciliuz celestiuz inuenit precептoꝝ. Nā ideo peccatoribꝰ dicit: vulpes foueas hn̄t et vo. ce. ni. fi. aūt ho. non habz vbi caput suum redīmet: hec ille.

¶ Secundo ad ostendendum q non debet

nõ debet amplius ꝑ pcõribus im molari. Natus.n. fuit iter duo aia lia: qꝛ hoies bestiales facere vole bat spũales virit inter pctóres vt eos iustificaret ꝛ doceret. Mortu us est inter latrones: vt vel vnum saltẽ lucrifaceret. Sed hodie rege uit in monumẽto iusti ꝛ nõ pecca toris: qꝛ amnodo nõ vult pecca toꝝ ꝯsortia: nec pro eis ampli⁹ mo riturus erat: vnde Ro. vj. Christ⁹ resurgẽs ex mortuis iã nõ morit: mors illi vltra nõ dñabitur.

¶ Tertio ad insinuandũ ꝙ licet i hac vita cõmixti sint boni ꝛ mali: tñ post mortẽ boni per se districti ꝛ separati erunt in celo mali aũt in i ferno. Mediocriter aũt boni erũt per se in purgatorio qð ꝛ xp̃s ðcla rauit. Mat. xiij. di. Simile est re gnũ celorũ sagene misse in mari: ꝛ ex oi ge. ꝛc. ꝛ in fine exibũt angeli ꝛ sepabũt malos de me. iu. ꝛ mit. eos in ca. ignis. ꝛc. Fuit ẽt tumula tio ꝛ sepelitio xp̃i: nobilis ꝛ sũptuo sa: qꝛ facta fuit a Joseph diuite: ꝛ nobili: decurio vt dctũ est. Nõ.n. ita de facili obtentuꝫ fuisset ꝙ cor pus illud deponeret de cruce: nisi fuisset homo potẽs: vñ ꝛ pp h̃ ꝫ Cri. nemo. xij. apostoloꝝ illð pete re ausus fuit. Nec fuit Joseph so lus in hac tumulatione xp̃i: sed vt dicit Jo. venit ꝛ Nicodem⁹ q ve nerat ad Jesum nocte ꝑmũ ferens mixtura mirre ꝛ aloes quasi libras centum. Et hi acceperunt corpus Jesu Nicolaus. de lyra. assignat rõnem sup Jo. q̃re sepultura chri sti fuit nobilis ꝛ sumptuosa mors aũt ignominiosa: ꝛ est ista qꝛ passi bilitateꝫ ꝛ humilitatem assumpsit xp̃s ꝑpter nr̃am redẽptioneꝫ. Et ideõ ip̃a cõpleta in sua morte ꝓdi cta ignominiosa debuerũt cessare. Et qꝛ illa que sequebant quodam modo ad gloriã resurrectionis pti nebant ꝯgruũ fuit ꝙ essent sũptuo sa ꝛ nobilia. Ideo fuerunt isti duo potẽtes: ꝛ pp hoc declarat: ꝙ de xp̃o erat bona opinio ẽt iter nobi les. De vtroqꝫ istoꝝ dixit Jsa. de morte ignominiosa. liij. c. de nobi litate aũt sepulture. di Jsay. xj. Et erit sepulchrum eius gloriosuꝫ

¶ Quinta circũstantia sepulchri est qꝛ fuit i orto. vnde Jo. xix. erat in loco vbi crucifixus est ort⁹ ꝛ i or to monumẽtũ nouũ. Ibi ergo pro pter pasceuẽ iudeoꝝ: qꝛ iuxta erat monumẽtũ posuerũt Jesuꝫ decla rat h̃ Nico. de ly. sic. Erat in loco vbi crucifixus est ortus. i. prope locũ crucifixiõis in orto monumẽ tũ nouuꝫ. Ibi ergo ꝑpter parasce uẽ iu. po. Jesum. Hoc di qꝛ feria vj. in qua licebat operari ꝛ sepeliri corpora iã declinabat ad vesperaꝫ Jdeo Jesum sepelierunt in loco ꝓ pinquo qꝛ non poterant longe por tare ꝑpter solemnitatẽ sabbati de ꝓximo imminentẽ. Disposuit aũt deus ꝙ xp̃s sepeliret in orto: fm Th. iij. pte. q. lj. ad significãduꝫ ꝙ ꝑ mortẽ ꝛ sepulturã ei⁹ liberamur a morte q̃ꝫ incurrimus pp peccatũ ade in orto paradisi cõmissum.

¶ Sexta circũstãtia tumulationis seu sepelitionis corpis xp̃i: est qa fuit illud corpus suũ sanctissimuꝫ

inuolutuz sindone munda: Unde Matt. dicit. Joseph accepto corpore inuoluit illō i syndone mūda Mar. dicit. Joseph mercatus syndonem: ꝛ deponens euz īuoluit in syndonē. Jo. dicit. Acceperūt corpus Jesu: ꝛ ligauerunt eum lintheis: sicut mos iudeis ē sepelire. ny. de ly. dicit syndone munda. i. panno lineo mundo ꝛ simplici linthe is. i. pānis lineis. Dixit aūt Jo. lintheis fm Augu. in plura. qꝛ pp sudarium qđ eius capiti adhibitum est: ꝛ pp institas qbus corpus ligatum est: que oīa de lino erāt vere dici potuit in plu. L intheа qppe generaliter dīr que đ lino texū tur. Nec frustra. d. fm Aug. sicut mos ē iudeis sepelire. Ex hoc qppe nisi fallor ammonuit in huiusmodi officijs que mortuis exhibē tur morē cuiusqꝫ gētis esse seruandum. Ex quo fꝫ Raba. mos ecclesie obtinuit: vt sacrificium altaris nō in serico: neqꝫ in pāno tinctor sed in lineo simplici celebretur vt a beato papa Siluestro legim⁹ eē statutuz: qꝛ corpus xpi in sepulcro tali panno fuit inuolutum. Jdē đ ꝯse. di. i. Ex consulto: ex hoc danꝰ duo documēta.

¶ Primum qꝙ corpa defunctorū curanda sunt. qꝛ opus pietatis est Et de hoc cōmēdaꝰ thobias: atqꝫ a dño remuneraꝰ: qui hoc op⁹ exerceret. Nō tamē ōbēt corpora operiri: auro: gēmis: sericis: vt multi faciunt ex pompa: sed sufficit qđ simplicibus operiatur sicut corp⁹ xpi qđ fuit dignissimum omniuz.

¶ Secundum documētum est qꝙ qui vult sumere corpus xpi: qui ē candor diuinus ꝛ lucis eterne: vt Sap. vij. debet habere puritatem mentis: vñ Hyero. Syndone mūda Jesum inuoluit qui pura mente eum suscipit.

¶ Septima circūstantia qꝛ corp⁹ eius fuit conditum ꝛ vnctum aromatibus: vnde Jo. dicit. Uenit autem ꝛ Nicodemus: qui ante passionē xpi sicut Joseph erat discipulus Jesu occultus: sed post passionem Et ipse se manifestauit ex feruore fꝫ Nico. de ly. ferens mixturaz myrre ꝛ aloes: quasi libras cētum myrra ꝛ aloe. fm Pe. Jo. sumunꝰ hic ꝑ gūmis nō pro arboribus ex qbus fluunt iste gūme. Adherebāt aūt h aromata panno lineo: iō dicit L igauerunt eū lintheis cū aromatibus. hoc dꝫ.

¶ Primo ad cōmendandaz pietatē illoꝝ: qui euz sic honorifice sepelierunt: fꝫ Tho. iij. pte. q. lj. ꝛ augu. i. de ci. c. L audabilꝫ cō memorātur in euāgelio: qꝛ corp⁹ eius de cruce acceptuz diligenter atqꝫ honorifice: regendi sepeliendiqꝫ curarūt. Sciendū tñ vt dicit Nico. đ ly. qꝙ licet Nicodem⁹ hāc vnctionē ex deuotione fecerit: videatur tñ qꝙ plenam notitiaz de xpi resurrectione nō hēret. Cum. n. de eo scriptum erat. ps. xv. Nō dabiꝰ sanctum tuum videre corruptionē ꝓpterea nō indigebat vnctiōe cōseruante ꝯ putrefactionem.

¶ Secundo ex hoc notaꝰ qꝙ cum h aromata adhibebanꝰ corpi xpi

iuxta intẽtionez Nicodemi: vt im/munc: a corruptione seruaretur: Hec enim sm Cris. maxime apta sunt a corruptione corpora: serua/re: qđ videbať ad quandã necessi/taté ptinere datur nobis exemplũ q licite possumus vti aliquib⁹ p̄/ciosis medicinaliter pro necessita/te nostri corporis obseruandu: sm Tho. ibidé. Quod ꝛ Aug. confir/mat in. iij. de doc. xp̄i di. q in vsu aromatũ: non vsus rex: sed libido vtentis in culpa est. Et subdit. qđ in alijs personis plerunqꝫ flagitiũ ē: i dina vel ꝓph̄ica psõa: magne cuiusdã rei signum est. mirra enim ꝛ aloes: pp sui amaritudinez signi ficat pniam p quaz quis in seipso ꝯseruat xp̄z absqꝫ corruptione pec cati. Odor aũt aromatũ significat bonã famã: ꝛ odoriferum nomen Disposuit igitur deus q corp⁹ xp̄i his ꝯdireť: vt innueret q qui xp̄m sumere vult. s. in coione: ꝛ in se cõ/seruare vult grãm eius: semꝑ dēt habere ꝯtritioné pctõrum: signifi catã per amaritudiné myrre ꝛ alo/es: ꝛ odoré bone fame: q: infami/bus dari nõ dēt Eucharistia vt in tractatu de coione dixit. Et hec ē ſtia rõ quare myrra ꝛ aloe fuit con dită corpus. vij. pz. ij. mysterium.

¶ Tertium misterium est ð tumu lationis xp̄i lachrymosa tristicia: credendũ est certe: q cum multis lachrymis ꝛ fletu cordiali corp⁹ il lud sanctissimũ fuerit depositũz de cruce ꝛ traditũ sepulture: lz euãge liste h̄ scribere nõ curauerint: Vñ sciẽdũ est q h̄ita lĩnia a Pilato de ponẽdi corpus xp̄i de cruce: ꝛ tra/dendi sepulture: Joseph venit ad crucẽ sm Mat. Mar. ꝛ Lucã: ꝛ Nicodemuz sm Jo. ꝛ ibi inuene runt mestã matrẽ: ꝛ magdalenã ꝛ alias mulieres multas: inter quas erant sorores ipsius v̇. ma. ꝛ ẽt ipse Jo. eu ige. Qui reuerẽter salutaue runt ipsam virginez cũ lachrymis di. O dña dolumus et toto cordꝫ de his que facta sunt ꝯ filium tuũz magr̃m nr̃m. Libenter eñ liberas/semus sꝫ nõ potuimus: ꝑualuerũt impij ꝯ eum. Saltem hoc modi/cum obsequium ꝑstabimus domi no ꝛ magistro nostro. Corp⁹ eius deponere volumus ꝛ sepelire. Cre dẽdũ est q ipa v̇. btĩssima gratias eis egerit di. Ipse vobis retribuet o dñi p hec pietatis opere. Poni tur ergo scala a latẽ crucis: ꝛ ascen dit Joseph: ꝛ satagit extrahere cla uum a manu: nec sine difficultate põt q: grossus erat ꝛ ligno affixus Credendũ est q plures ictus ma/leu dederit super clauo anteqꝫ Je sum extraheret. Et sic factuz est ab alia manu. Tandẽ puenerũt ad ex trahendũ clauũ pedũ: ꝛ interiꝫ cor pus illud sustentabať a circũstanti bus. O felicia illa brachia: que ip sum amplecti meruerũt. O felices ipsas manus que tangere ꝛ palpa re potuerunt. Euulso aũt clauo pe dum corpus illud susceptũ ẽ a ma tre mestissima cũ auxilio aliaꝝ mu lierum circũstantium: ꝛ sic in terra positum adorabant illud oẽs. De inde mesta mater aspiciebat vul/nera illa: nũc vnũ nũc aliud: ac nra

nibus tāgebat: tāgebat caput et do lēs dicebat: o caput dignū corona imperiali: q̄ turpiter coronatum fuisti spinea corona: et extrahebat illam ab ipso: et osculabat illud per foratū: et sanguine pfusum. Inspiciebat et faciem liuidā et sanguino lētā: et i illā ruens et osculās di. O decora facies et formosissima: ex q̄ per tot annos gaudiū suscepi quo modo facta es vt leprosa. Suscipiebat deinde manus illas pforatas osculans illas. Qn̄ aūt venit ad latus et vidit illud apertum: manu palpare noluit: osq3 illi applicans di. Fili mi q̄ crudelis illa lancea q̄ te forauit. O fili mi tu inocēs et sanctus semper fuisti: et ideo iniq3 hec facta sunt tibi. O fili nostra societas disiuncta est: me a te separari oportet. Sepeliam te fili: ego tua mater mestissima. O q̄ libenter te cum sepelirer: Nō puto potest dici neq3 compħēdi q̄tus fuerit dolor huius afflictissime matris pro filio suo dulcissimo. Magdalena quoq3 Jo. Nic. Joseph alieq3 circunstātes mulieres oēs flebāt pre cōpassione matris: tā dem vectum est corpus illō et ligatū: sicut mos erat iudeis. Ipsa mater forte aptabat caput filij: magdalena pedes: et sic portatum ab ipsis qui aderāt vsq3 ad sepulchrum: ipm in ipso sepulchro posuerunt: dn̄a tenente caput magdalena pedes: ceteris aūt adiuuātib⁹. Eo aūt sepulto: mater ipsa et v. sanctissima flexit genua: in celumq3 eleuans oculis dicebat: o deus pater eterne ago tibi grās p tanto beneficio: q̄ misisti filiū tuū de celo in terrā: ad assumēdu3 carnē a me tua ancilla. Et hodie voluisti quod pateref p salute humani gn̄is. Bn̄detto sey tu fiol mio: ch̄ fusti obediente al tuo patre eterno dio: per insino a la croce: benedeto sey tu fiiol mio: per tāta humilitā e pouerta: che nudo hay voluto eēr crucifixo: per la salute de la humana generatione. Benedeto per tāta patiētia i sostenere tāti vitupe rij e vergogne e cosi vitupo sa morte: bn̄deto per tanta charita et amore mōstrata verso la humana generatione: benedeto sia el tuo sangue pcioso el quale hozi hay sparso in redēptione de la humana generatione. Bn̄dictū sit o fili mi caput tuu3 sanctissimū: qd̄ hodie fuit tormentatum: feritum et spinis coronatum. Bn̄. sint fili mi tue sancte aures: que hodie fuerunt tormētate: in audiēdo blasphemias: iniurias et verba vituperosa. Idem dic de oculis ore. lingua et manibus. Bene. sit fili mi tuum sanctu3 corpus qd̄ hodie fuit totum flagellatum plagatum et sanguinatu3: bn̄. sit hoc sanctum sepulchrum: qd̄ p tuo sācto corpore elegisti: bn̄dicti sint oēs qui tibi et mihi hodie cōpassi sunt: et sociauerunt te et me in hac passione tua. Bn̄. sint oēs viri et mulieres: qui habebunt dolorem et cōpassionē: et faciēt memoriam de tua sancta passione et morte. Benedictio tui eterni patris: et mea: sit sup te fili mi benedicte: fili mi dulcissime: fili mi obedientissi

me ⁊ inocētissime atq; sanctissime Uale: Uale: Uale: cor meū: ⁊ aia mea atq; spiritus tibi dimitto: s̄m corpus tm̄ te relinquo. Angeli tibi assistant semp̄ me tibi commēdo: mei memēto fili mi. Et sic recesserunt a sepulchro ⁊ abierunt: credēdū est q̄ magdalena fecerit societatē v. ⁊ sic steterunt cum tristicia vsq; in horā resurrectionis xpi: q̄ sit bn̄dictus in secula. Amē. Bn̄dicta sit fili mi tua sancta lingua: que hodie rogauit ⁊ fecit orōnem pro crucifixorib⁹ suis. Bn̄. sint tue sācte manus ⁊ tui sancti pedes: q̄ hodie fuerunt clauati in ligno.

¶ De resurrectione dn̄i an̄ prandium. Sermo. lxxv.

Surrexit dn̄s nō est hic. Mar. vltimo. c. sacrosancta romana ecclesia dilectissimi hodie inuitat xp̄ianos ad gaudēdum exultādumq; cum in diuinis officijs replicat illud. ps. cxvij. Hec dies q̄ fecit dn̄s exultemus ⁊ letemur in ea: ⁊ hoc q2 in tali die celebrat ⁊ facit memoriā de xp̄i resurrectione i qua ipse dn̄s noster fuit magnificatus ⁊ glorificat⁹ pro victoria triumphali quā habuit de expugnatione hostis antiqui: cum quo bellu3 sumpserat: ⁊ de liberatione generis humani a manibus eius: iocundum ergo v̄bum ⁊ omni gaudio plenum est hoc quod ꝓposui coram charitatibus vestris. Surrexit. s. ille dn̄s: qui pro amore nr̄o pati ⁊ mori nō recusauit. De q̄ xp̄i resurrectione volo q̄d videamus tria mysteria ad honorē trinitatis.

¶ Primum de eius veritate.

¶ Secundum de ei⁹ qualitate.

¶ Tertium de ei⁹ ꝯgruitate.

¶ Circa p̄mū nō hāc ꝯclōnē catholicā q̄ oēs credere d̄bem⁹ si volumus eē catholici veriq; xp̄iani s. Quod verū est xp̄m resurrexisse Probat aūt h̄ cōclusio multiplici testimonio

¶ Primo diuino.

¶ Secundo angelico.

¶ Tertio humano.

¶ Multi sunt testes q̄ deponūt testant ⁊ asseuerāt q̄ xp̄s resurrexit quor̄ p̄mus ē ipse q̄ est nedu3 hō sed deus. Testat aūt h̄ in apparitionibus eius. Apparuit. n. multis vicib⁹ diuersis p̄sonis i diuersis locis. post resurrectionē suā. sp̄ asseuerās se resurrexisse.

¶ Pria apparitio facta fuit marie magdalene. Un̄ Mar. in hoc vlti. cap. d. Surgēs ih̄s mane prima sabbati apparuit p̄io marie magdalene. Quod q̄liter fuerit nō. q̄ vt. d. Luc. xxiij. mulieres q̄ cu3 xp̄o venerāt d̄ galilea inter q̄s erāt maria magdalena ⁊ maria mater Jacobi minoris ⁊ simonis ⁊ tadei ⁊ tertia maria. s. mater Jacobi maioris ⁊ Joan. euāgeliste: s̄m. M. viderunt monumētū ⁊ quēadmodū positū erat corp⁹ eius ⁊ reuertētes pauerunt aromata ⁊ vnguenta quātū. s. licuit. q2 statim sequebatur sabbatum. de quo subdit Luc. Et sabbato q̄dē siluerūt. i. q̄euerūt a ꝑparatione s̄m mādatū. s. legis. Trāsacta autē die sabbati in sero

emerūt alia aromata: vt. d. Mar. vt venientes vngerēt ihm. i. ppara uerūt se aduenīēdū vt vngerēt. Et valde mane. d. Mar. vna sabbato. venīūt ad monumētū orto iā sole Mat. dicit. Uespe āt sabbati q̄ lucescit in pria sabbati. i. in pria die post sabbatū quā nos dñicam vocamus. Judei. n. denoiabāt di es hebdomode a sabbato tanq̄ a solēniori. dicētes. prima sabbati. secūda sabbati ⁊ sic deinceps vsq̄ ad sextaʒ diē. Sicut nos dicimus secūda feria tertia feria, ⁊ sic vsq̄ ad sextā. Uespa quoq̄ lʒ sit fʒ Augu. pprie pria pars noctis. Mat. tñ sumpsit vesperā pro nocte a pte totū significās. Et h̄ mō sumitur geñ. j. factuʒ est vespe ⁊ mane dies vnus. Uespe. n. ibi sumit̄ pro tota nocte ⁊ mane pro tota die. q̄ simul iuncta faciūt vnū diē ɔpletū nālē. Potest ergo dici q̄ mulieres recesserūt de domo sua valde diluculo vt. d. Luc. vltimo. ita q̄ tenebre erāt sup trā. vt dr̄ Jo. xx. Et iō dicit Mar. Uespe sabbati q̄ lucescit in pria sabbati. i. i nocte se quēte sabbatū ⁊ pcedēte dñicam. Nox. n. pcedēs termiat̄ i luce diei sequētis. Uenerūt āt ad sepulchrū orto iā sole vt dicit Mar. Tūc. n. sol apparere icipiebat sup terram qn̄ applicuerūt ad sepulchꝝ. Locus. n. sepulc. erat iuxta ciuitatem. Jo. xix. Dicebāt autē in via adinuicē. Quis reuoluet nobis lapidē ab hostio monumēti. q. d. nō possum⁹ reuoluere per nosmetipsas. Erat gppe magn⁹ valde. quē ipe uiderāt iā apponi qñ fuit sepultū corp⁹ xpi vt. d. Mar. xv. ⁊ Mat. xxvij. ⁊ Luc. xxiij. Sʒ quō extimabāt se posse vngere ihm cū vidissent appositū tā magnū saxum ad ostiuʒ monumēti ⁊ custodes erāt appositi ⁊ lapꝭ sigillat⁹. R̄e. P̄ ce Jo. Dici pōt q̄ q2 i gēte illa ɔsuetū erat corpa ɔdire arōatib⁹ ⁊ vnguētis. ⁊ hoc forte nō solū anteq̄ sepelirēt̄ sʒ ēt post iō credebāt sibi h̄ nō ɔhiberi ⁊ pcipue q2 vt puto ipe nesciebāt q̄ tantā custodiā iudei apposuissent circa sepulchꝝ. Hoc. n. nō fuerat factū ipsis p̄ñti b⁹. sʒ post i sabbato. ut dr̄. Mat. xxvij. Uel pōt dici q̄ excessus pietatis i xp̄ʒ eas sic ducebat q̄ n̄ oia q̄ fm hūanā discretionē attēdi poterāt attēdebāt. sic̄ pʒ de magdalena di. Si tu sustu. ⁊. di. mi. ⁊ ego. cū. io. cū tñ vires nō sufficerēt ad eū tollēdū. Et respiciētes viderūt reuolutū lapidē: fʒ Mar. A quo fuerit reuolut⁹. Mat. d. s. ab angelo. Dicit. n. Angelus dñi descēdit de celo. ⁊ ac. reuo. la. Erat aūt fm Math. aspectus hui⁹ angeli sicut fulgor. i. forma faciei eius ita terribilis erat ⁊ viuax. clara ⁊ faciē diuerberās sicut fulgor quo illustrātur oia. Et iō mulieres vt. d. Hiec. in. q. ad hedibiā potuerūt i tenebꝛꝭ lumē videt̄ venientes ad sepulchꝝ Uestimēta āt eius alba sic̄ nix. Et Mar. d. q̄ erat coopius stola cādida. Dic̄. Nic̄ de ly. q̄ fuit aspectu trib. lis ad icutiēdū trorē custodib⁹ coopt⁹ āt stola cādida vt daret ɔsolationē mulierib⁹, Et ita fu.

st.n. p̄timore ei⁹ vt dicit. Ma. et territi sūt cu. ⁊ facta sī ve. mortui. Jō āt voluit eos ita terref. s̄z Pe. Jo. vt firmi⁹ sentirēt h̄ eē op⁹ dei ⁊ āgelo℞ ei⁹. ⁊ vt sic necessario eo gerent hec citius ⁊ certi⁹ aliis nū ciare. Et vt liberius discipuli xp̄i Ad sepulch℞ liberiorē accessū ha berēt. Nā Pe. Jo. ⁊ mulieres li bere igresse sī sepulch℞ vt ifra pa tebit. nullo custodū p̄hibente. Nā vt dic̄ Hier. ad elbidiā aut illi cu stodes p̄timore fugerāt aut stabāt q̄si mōtui: ita obterpuerāt vt nec viros nec mulieres ab igressu p̄hi bere auderēt. Exterriti ēt fuerūt: q̄ sm̄ Mat. terremot⁹ magn⁹ fact⁹ ē. q̄ s̄z Hie. ibidē n̄ fuit fact⁹ mo℞ soluto. sed magn⁹ ita q̄ ɔcut̄ t oia ⁊ euersionē terre fundit⁹ minaret. Fuit āt fact⁹ iste terremot⁹ s̄z Ni. de ly. virtute āgeli hui⁹. q̄ corpa obediūt āgelis ad nutū. q̄ntum ad motū localē. Dic̄ ēt Hiero. ibidē q̄ angelus nō ē putādus idcirco vēisse vt appiret sepulch℞ dn̄o re surgēti sed postq̄ deus resurrexit: q̄ nulli mortaliū est cognita. uenit ad idicādū qd̄ fcm̄ ē p reuolutio nē lapidis ondēs sepulch℞ uacuū s̄ Hiero. Non ergo apuit angel⁹ sepulch℞ q̄si p̄pararet exitū de se pulchro xp̄o s̄urgēti nā exist clau so sepulchro. sicut itrauit ad disci pulos ianuis clausis. sed vt ondēt xp̄m resurrexisse. Et nō q̄ lz hic Hie. dicat q̄ hora resurrectōis nō ē hoib⁹ cognita. tn̄ Augusti. de cō cor. euā. ⁊ i. iiij. de trini. c. 100. dic̄ q̄ xp̄s s̄urrexit p̄rio diluculo diei dn̄ice nocte iā pata: ⁊ hoc magis credo. Dicit Pe. Jo. sup Mat. Magdalena āt vt vidit sublatū lapidē anteq̄ dilligēti⁹ aliud inspi ceret p certo supponēs corp⁹ xp̄i inde eē sublatū subito cucurrit ⁊ venit ad Pe. ⁊ ad Jo. sicut refert Jo. xx. ⁊ dicit eis. Tulerūt dn̄m ⁊ nescim⁹ vbi posuerūt eū ⁊ tūc Pe. ⁊ Jo. venerūt ad monumētū cur rēt: o. sed Jo. cucurrit citius petro ⁊ venit p̄us ad monumētū. Et cū iclinass̄ t caput ad sepulch℞ vidit posita lintheamina nō tn̄ itroiuit. Pe. āt postea vēit ⁊ itrauit i illō ⁊ vidit lintheamia posita ⁊ sudariū qd̄ fuerat sr̄ caput iesu n̄ cū linthea minib⁹ positū sed sepatim iuolutū i vnū locū deinū ⁊ Jo. itrauit ⁊ ɔsimiliter vidit ⁊ credidit. s. quod maria dixerat. s. sublatū eē dn̄m de monumēto. Nōdum. n. sciebat scri ptur. ā dicētē q̄ oportebat eū a mō tuis resurgere. Post hec isti disci puli redierūt ad locū suum maria autē stabat. ad monumētum foris plorans sm̄ Joan.

¶ Pro hui⁹ itelligētia nō s̄z pe. so. sr̄ Mat. q̄ sepulch℞ aliq̄n nō tur illō vas saxeū i quo xp̄s iacuit aliq̄n vero totus ille loc⁹ i quo illa tumba erat. q loc⁹ erat clausus alt qua materie vel piete. vbi erat or t⁹ sic̄ Au. asserit ⁊ Jo. innuit. xix. Et iō q̄n legit̄ q̄ itrauerunt ad monu mentū aut exierūt de eō p solo adi tu vel exitu illi⁹ orti itelligit̄. Ma ria igit̄ stabat ex̄ sepulchrum s̄z tn̄ itra illud spacium qd̄ iā cum eis i gressa fuerat. ⁊ tunc viderunt āge

lum sedētē adextris sepulchri sup lapidē reuolutū a monumēto. Et de hoc angelo narrat Mat. Mar. āt dicit q viderunt iuuenē cooptū stola cādida. i. hunc āgelum i spē iuuēis. tuncqꝫ dicit eis. Nolite timere vos seu expauescē. q. d. Alij pūt terreri sed nō vos. Cuius cām subdit. Scio. n. q iesum na. cru. q̄ritis: hoc dicit ad d̄ram alioꝝ. Multi. n. hoc noie uocabant sm Nic. de ly. q. d. bn̄ noui vr̄m desideriuꝫ vramqꝫ deuotionē ad xp̄m surrexit nō ē hic. Ecce locus vbi posuerūt eū. Sꝫ ite. dicite discipulis eius ꝛ petro. Spāliter noiat petrum sm Nico. de ly. qꝛ aliter nō fuisset ausus venire ad dn̄i pn̄tiā quē negauerat: qꝛ surrexit ꝛ ecce pcedet vos i galilea. Ibi eum videbitis sic dixit vobis. Hoc mādāt vt dicant discipulis. s. q pcessurus erat eos i galileā sicut eis pdixerat ante passionē: Postq̄ autē surrexero pcedā vos i galileā. M. vt p hoc apte cognoscerēt q angelus fuit ille q appuit mulierib q bn̄ nonerit verba pdicta. ꝛ sic magis crederēt eius resurrectionem. Ad hec verba maria dū fleret iclinauit se. Angelus n. dixerat videte locū vbi positus erat. Et pspiciēs i monumētum vidit sm Jo. duos angelos albis iduros ꝛ sedētes vnum ad pedes sepulchri: alteꝝ ad caput: ꝛ dicunt ei Mulier qd ploras? q̄ dixit eis qꝛ tulerunt dn̄m meū ꝛ nescio vbi posuerūt eū. Post hec angeli illi erexerunt se steterūtqꝫ erecti. ꝛ tūc appuerunt alijs mulierib vt. d. Luc. xxiiij. duo viri steterūt iuxta illas i veste fulgēti. i. duo angeli i spē viroꝝ. Cū timerēt āt ꝛ declinarēt vultū i terrā dixerūt ad illas Quid q̄ritis viuētē cū mortuis? nō ē hic. sꝫ resurrexit. Recordamini q̄liter locutus ē vobis cū adhuc i galilea eēt qꝛ opꝫ filiū hois tradi i manus pctōꝝ ꝛ crucifigi ꝛ die tertia resurgere. Post hec aūt maria cōuersa ē retrorsum vt. d. Jo. ꝛ vidit Jesum stātē. credēs illū ortulanum illius orti. Et dicūt qdā q forte illi secūdo angeli pus sedētes iō erexerūt se qꝛ viderūt Jesum venire ibiqꝫ stare anteq̄ eū videret magdalena. Cui di. Mulier qd ploras? quē q̄ris. Cui mag. Dn̄e si tu sustulisti eū dicito mihi vbi posuisti eū ꝛ ego eum tollā. Dicit ei Jesus maria. Et cōuersa illa dicit ei. Rabboni. qđ dr̄ magister. Dicit ei Jesus. Noli me tāgere nūduꝫ. n. ascēdi ad pr̄em meū. Uade āt ad fr̄es meos ꝛ dic eis. Ascendo ad p. m. ꝛ. p. u. d. m. ꝛ. d. vr̄m. Post hec autē maria egressa ē a monumēto. i. ab illo loco vbi erat spacium orti añ tūbā sacrā. Et cum ea alie r̄s sm Mar. iuaserit tremor ꝛ pauor: ꝛ nemi quicq̄ dicebant tūc: Timebāt. n. vt. d. Mar. tamē ibāt nūciare discipulis qđ angelus eis oib simul iūctis dixerat. ꝛ qđ xp̄s soli magdalene. Et dū eēt in via appuit eis iesus di. Auete ille āt tenuerūt pedes eius ꝛ adorauerūt Et ipse cōfortauit eas di. Nolite timere. Ite nūciate fratrib meis vt eāt i galileā ibi me videbūt. Apo

stolos vocat fratres tñ vt oñdat se vere i carne resurrexisse nr̄i generis tracta de adá. tñ vt ad sui amorez magis accédat: ⁊ ad fiduciá sue so cietatis ac visióis corroboret. tum vt filios eius pr̄is ⁊ coheredes xpi se eẽ nouerit. Hec fm̄ Pe. Jo. sr̄ Mat. Et tũc currebát cũ gaudio vt. d. Mat. nũciare hec discipulis. Uenit ergo maria magdalena: fm̄ Joan. annuncians discipulis q2 vi di dñz ⁊ hec dixit mihi. Mar. át dicit q̄ nũciauit his q cum eo fue rát lugẽtibus ⁊ flẽtib⁹. Tunc etiá cetere vna cũ maria nunciauerũt hec oia apostolis. vt dic̄ Luc. hec oia fm̄ pet. Jo. Et. d. posse trahi ab Aug. i lib. de ꝯcor. euá. Ex his hñr due appitióes q̄s fec̄ xp̄s die resurrectióis. Primá soli magda lene. Scdaz ei cũ aliis mlierib⁹.

¶ Sed mouẽtur tria dubia.

¶ Primum quare prio oiuz vo luit apparere mag. ⁊ mulierib⁹.

¶ Secundum q̄re nó pmisit se tá gi a sola mag. cum aliis vero sic.

¶ Tertium dubium q̄re spáliter ⁊ pncipaliter facit mẽtioné de ap paritióe sui fiẽda i galilea cuz plu ries apparuerit eis in hierusalem ⁊ h pluries.

¶ Ad pmum. R̷. q̄. v. de cau. ¶ Prio q2 ardẽtius diligebat qđ testat̄ ẽ dñs. Luc. vij. Dilexit mul tum qđ p3 q2 ab ei⁹ sepulchro di scipulis recedẽtib⁹ nó recedebat q̄siuit ẽt sollicitius ⁊ diuturnius.

¶ Scdo vt se oñderet ꝓ petõrib⁹ mortuũ Luc. v. Non veni vocare iustos sed pctóres ad penitentiaz.

¶ Tertio ad oñdẽdum q̄ publi cani ⁊ meretrices pcedẽt i regno celoꝝ sapientes Math. xxj.

¶ Quarto vt sicut mulier fuit nũ cia mortis ita eẽt nuncia vite. Uñ Cerillus femina q̄ quodámõ fuit mortis ministra venerãde resurre ctióis mysteriũ prĩa pcipit: ⁊ nun ciat. Adeptũ ẽ ergo femineũ gen⁹ ⁊ ignominie absolutõné ⁊ maledi ctóis repudiũ. Per h ẽt oñdit̄ q̄ quãtũ ad statũ glorie ptinet nullũ detrimẽtũ patiet̄ sexus femineus. Dicit pe. Jo. sup Mat. q̄ decuit xp̄m prio apparere mulierib⁹ vt nr̄a repatio nr̄o corrńdéret lap sui. Decuit. n. q̄ sicut iniq̄ suasio serpẽtis fuit ade nũciata p feminá q̄ induxit morẽ sic resurrectio vite nr̄e xpi. s. p mulieres denunciata viris vitá gr̄e reformaret: secundo decuit vt oñderet se nó cõtẽnere se xũ muliebr̄e nec aliud pferre nisi deuotiorẽ aium i quocũq3 vel se xu vel statu sit he ꝯgruẽtie meliꝰ ponẽtur i vltimo misterio.

¶ Quinto vt oñderet q̄ vbi abũ dauit delictum super abundauit ⁊ gratia Joan. v.

¶ Ad secundam R̷. pe. Jo. super Mat. q̄ xp̄s prio noluit se tãgi cũ significãtie ⁊ pp eruditioné tñ ma gdalene q̄ etiam: ad oñdendum s. q̄ nullus spiritualiter tãgit xp̄m nisi ei tãq3 deo summo ⁊ filio sum mi pr̄is adhereat. Et ẽt ad oñden dum q̄ nullus est dign⁹ ei sociari ẽt corpaliter nisi credat i eum. ma gdalena vero tunc dubitabat de co Fecit ẽt h ne magdalena postmo

dñs supbiret q2 p2io appuerat illis ibi postmodũ vo pmisit se tãgi ad ↄfortãdũ ⁊ iflãmãdũ illos ⁊ letifi cãdũ: q2 ad h apparebat eis vt ad suã familiaritatẽ oẽs traheret ⁊ vt spẽ regni ⁊ societatis ei9 nob daret ¶ Ad tertium rñdit pe. Jo. super Mat. xxvj. ⁊ Cris. d. q iõ vt sciãt se a timore iudeoꝝ q i hierusalem dñabanẽ liberãdos. Et vt apparẽdo eis in terra vñ fuerãt ipsi ⁊ vbi ipse plus predicauerat firmi9 crederẽt q ipse idẽ erat. Põt ẽt dici q tenet morẽ hois in aliena terra capti vl' capiẽdi q ↄfortãs suos pmittit eis q citi9 erit i terra sua õ q venerim õ ipsi. Sunt ẽt mistice rõnes q2 galilea significat trãsmigrationẽ. s. ab hac vita i alterã ⁊ i hac qppe appet xps totus glorio sus resurgẽs. Hic. ad elbidiã. q. vij. d. q lõge clari9 ⁊ familiari9 ⁊ multiplici9 ⁊ pseuerãti9 ondit se eis i galilea q i hierusalẽ ⁊ iõ singulariter facit mẽtionẽ de illa tã q de magis finali. sicut ⁊ de pmissiõe gaudij alterius vite maior fit nobis mẽtio q de gaudio spiritualis vite licet istud pat illud ⁊ p2e disponat ad illud. Sz ẽt Aug. li. de ↄco2. Hoc iõ factũ ẽ vt ondat q i trãsmigratione xpi ad gentes erant apostoli eum i suo corpe qd ẽ ecclesia visuri. ⁊ tandẽ i transmigratiõe eoꝝ ad gloriaz eĩnam poti9 q i iudea psistẽte i pfidia sua Quod m ifine tpoꝝ maxima claritate ⁊ familiaritate ẽ suã gloriaz i israel oñsur9 iõ vltimas duas de r. i hierusalẽ q9. j. hebum9 exhibu it i die. s. ascẽsionis in q vna ↄuescẽtibus apparuit sicut d. Mar. Et forte illa ẽ de qua act. j. Et ↄuescẽs h. e. ab hie. ne di. ⁊c. In altera vero ipsum in celum ascendentem viderunt h pe. Jo. Math. xxviij. ¶ Tertio apparuit dñs petro ⁊ h narrat Luc. xxiiij. s. q illi scdo q bus apparuit dñs i via de quib9 ibidẽ Luc. d. regredictes eadẽ hora in hierusalẽ de emaus quo ierãt iuenerunt ↄgregatos. xj ⁊ eos q cũ eis erãt ⁊ dixerũt. q surrexit dñs vere ⁊ apparuit simoni Cris. ẽt. d. q inter viros p2io oium apparuit petro tm q2 caput oium tñ ne pp negationẽ factã desparet tñ ẽt in exẽpluz diuine misericordie ad peccatores. Ubi autẽ vel qñ ei apparuerit nascit nisi forte qñ redibat a monumẽto cum Jo. Unõ luc. vltimo. d. de eo: q abijt secu3 mirans qd factum fuerat. Forte diuertit ad aliqd locũ sol9 ⁊ tunc apparuit ei. d. Par tibi simo. Tunc pe. pcedẽs i terrã pectus suum pcutiẽs cum fl. m. d. Dñe dico meã culpam: q2 te dereliq te negaui: nõ semel sed ter ⁊ cũ iuramento ⁊ anathematizatiõe pce pce dñe. Et osculatus est ei9 pedes. Christ9 ãt erexit eum: ⁊ amplexat9 eu3. d. Noli timere symon. Quia peccata sunt tibi remissa. Ego bñ sciebã ⁊ pdixi tibi: s3 vade ↄfirma fratres tuos Et tunc pe. narrauit qd ei apparuit christ9. In hystoria tñ ecclesiastica di qd postq negauit christu3 cauernã quandã intrauit q modo dr gallicãtus: vbi se totũ ad lamẽ

ta penitētie cōuertēs manēdo fle/bat. ibi vt quibusdā placebat i ipa resurrectiōis die magr benignissi/mis visitauit eum certificādo eum de sui peccati remissiōe: ob qd pe. miro gaudio affectus fuit.

¶ Quarto duobus discipulis in emaus euntibus: quod Luc. plixius narrat. xxiiij. Mar. vo breuius: et lz Mar. dicat q euntib9 in villā nō est cōtra Luc. d. in castellum: qz ipm castellū poterat dici villa fm Aug. d. et q in libris grecis potius hētur agrū q villam. Agri aūt noie non solū castella: sz et municipia et colonie solēt vocari preter ciuitatē: que caput et mater est ceterarum.

¶ Quita appitio facta fuit in sero eiusdē diei resurrectiōis oib9 discipulis pter Tho. et hāc Jo. xx. narrat di. Cū esset sero die illo vna sa. scz do. et fo. es. clau. vbi. e. di. ic. pp me iu. ve. iesus et ste. i medio: et di. p. u. Et cū h di. o. e. m. et lat9 ga. s ergo di. u. d. et ita Thomas āt non e. cum. e. qn ve. iesus. Hāc eādem appitionē narrat. Lu. xxiiij. di. q hi duo: qb9 eūtib9 i emaus appuit surgētes eadē hora regressi sūt in hierusalē: et iuenerūt congregatos xj. et eos q cū ipis erāt: dicētes que gesta erāt i via: et quō cognouerūt eum ifra. pa. Dum aūt h loquerētur ste. iesus i medio et di. pax vo. O quāto timore erāt tunc discipuli plenī: tum pp metū iudeoꝝ: tum pp subitā xpi appitionē: qz putabant se spūm vidē. Tūc iesus more boni pris cepit eos confortare eos dulciter salutādo et vt puto amicabiliter amplectēdo: O qnto gaudio et leticia tunc fuerūt repleti: puto q di. O magr bone o magister dulcissime: o qn te vidim9 in orto captū: qntus fuit pauor nr. Oēs te reliquimus pre pce dñe. O qn te vidi forte dicebat pe. in domo ānee et cayphe male tractatū ligatūqz: quāta fuit amaritudo mea. O dñe te negaui pce pcor: O quāta fuit nostra dubitatio: oēs fidē amisim9. Tu es nr pr: tu salus miseroꝝ. Tu nra redēptio: tu deus et hō pfectus tu cōsolatus es: nos et tribulatos et afflictos: et sic sūpsit cum eis cibū: Sz pmo loquut9 ē eis di. Pax vobis ego sū nolite timere: vsqz ibi: et cum mādu casset corā eis sumens reliqas dedit eis et dixit ad illos: H sūt vba q loquut9 sū ad vos qn sic scriptum ē: et sic oportebat xpm pati: et resurgere a mortuis die tertia. Nōne de mea natiuitate pphauit: michaes. et tu Bethleez terra iude: nōne de mea incarnatione Ysai. ecce vgo ōcipiet: et sic de aliis: segr. Uos autē estis testes hoꝝ. Lz igitur Luc. d. q illi duo inuenerunt. xj. cōgregatos: et dū eis loqref stetit i medio eoꝝ posset videri: q et Tho. eēt ibi. Un9 eni erat de. xj. Sz Augu. d. q Thomas inde exierat añq dñs appereret: eoqz absēte apparuit: vt dicit Jo. His. v. vicib9 appuit iesus in die resurrectōis fz euāgelistas: et fm Aug. in libr. de cōsēsu euāgelistaꝝ. Has sacerdos in missa repñtat. v. vicib9 se ad populū vertēs. Tertiā vicē repñtat

qñ nihil di.sed secreto. Orate fratres: qr nescit qñ et vbi appruit petro: vt dictum est.

¶ Sexto appruit.viij.dies p⁹ resurrectionē oib⁹ discipulis cum Thoma dicēs Thome q palparet fixuram clauorum et latus eius.

¶ Septio in mare tiberiadis: has duas narrat Jo.pmā.xx.c.ij.xxj. de q̄ dicit. Hoc iā tertio manifestatus est iesus discipulis suis: cū iā resurrexisset a mortuis: nō q simplicit fuerit.iij.s3 fc.Jo. ß Math. xxviij.s3 qr fuit facta tertio die de illis dieb⁹ i qb⁹ iesus eis apparuit.

¶ Octauo in mōte galilee. de qua Math.vltio. Discipuli abierunt in galileā i mōtē.s.tabor vbi trāsfigurat⁹ fuerat vbi ɔstituerat illis iesus: et vidētes eū adorauerūt: qdam aūt dubitauerūt et tūc di.eis. Data est mihi ois ptās in celo et in terra.i.super oia q̄ sunt in celis et in terris: et super oē creatū. Data qdē est ab eterno per generationem hūanitati vo ex tēpore conceptionis per personalē vnionē. Ab hora vo resurrectōis sue data ē per notificatonē: qr tunc cepit inotescere potestas ei⁹.est eni motus in scripturis fm Pe.xxx. q res dicitur fieri qñ icipit inotescere: quia respectu eoꝝ qbus nō innotescebat quodāmō nō erat. Ita dicit existimo: q h fuit vna de solēniorībus apparitiōib⁹: tū qr in loco aptissimo fuit facta: qr in mōte: et fuit añ promissa. Postq̄ āt resurrexero pcedam vos in galileā dixerat añ passionē: Mulierib⁹ ēt ab eo fuit in victum q dicerēt discipulis q irēt in galileā: tū ēt qr in hac di: q adorauerūt eū: l3 hoc factū eē credamus ēt in alijs: et in illa qñ ascēdit in celū: de q̄ Luce.vltio. Hoc āt dico de discipulis: q ad hoc credendū difficiliores erāt q̄ femie. De illis eni dictū est supra q statim in pncipio tenuerūt pedes ei⁹: et adorauerunt eum.

¶ Nono in die ascēsiōis de qua Mar.vltio. Recūbētib⁹.xj.&c.

¶ Decima eodē die in mōte oliueti qñ viderūt eum ascēdētē i celum: de qua Mar.co.c. breuiter. Luc.aūt diffusi⁹ actū pmo. Euangeliste nō ponūt nisi istas.x.apparitōes: multa tñ fec iesus q̄ nō sunt scripta in libro hoc Jo.xx. Vñ legitur ēt alias xpm oñdisse se resurrexisse. vñ pau.i.coꝛ.xv.addit.iij.alias: vt sua sit.xiij.sicut et.xiij. anno post passionē xpi fact⁹ ē apostol⁹ gētiū: dicit eni q visus est plusq̄ qngētis fratrib⁹ simul: et post hoc visus ē iacobo nouissimeāt visus est et mihi. Pōt addi fm pc. Jo. et Jo.in apoc.qñ refert eū vidisse in star sol.apo.j. In euāgelio quoq̄ Nicodemi legit: q iudei idignati ɔ Joseph ab arimathia qr christum sepelierat ceperunt ipm et in quodā cubiculo diligēter clauso: et sigillato eum recluserūt volētes post sabbatū eum occidē. Et ecce xps in ipa nocte resurrectōis ad eū itrauit: eiq̄ dās osculū ide sigillis saluis in domū suā in arimathia ipm adduxit. Qd ergo xps resurrexit a mortuis ipemet testatus ē: et

demõstrauit tot vicibꝰ ⁊ tot psõis di/
uersis: apparendo: ⁊ sic p3 per ꝓ/
munu testimoniuum .s. diuinum.
¶ Hic notandũ ẽ q̄ l3 euãgeliste
nõ dicant christũ apparuisse ma/
tri sue: tñ doc. maxime pe. Jo. fr.
Mat. vl. di. ħ debẽ teneri tã q̄ i/
dubitabile .s. q̄ sibi apparuerit. Et
hoc t3 ecclesia q̄ in huiꝰ insinuatio
nem die resurrectionis facit statio
nẽ in sancta maria maiori de ro/
ma vbi tpe magni gregorij. dũ il/
le i die pasce missa3 cantaret: ⁊ pax
domini pronũciaret. angelus do/
mini alta voce respondit. Et cum
spiritu tuo. ꝓpter q̄ cũ ipsa die pa
pa ibidẽ missa3 celebrat in huius
miraculi memoria di. pax dñi ni/
hil ei respondet. Ambrosius tenz
in libro de virginitate q̄ xp̄s prio
apparuit mrĩ eiꝰ q̄3 magdalene ⁊c.
plures alij tenẽt. Et ad illud mar.
primo apparuit marie magdale/
ne respõdet q̄ hoc intelligit respe
ctu illorũ quibus legit apparuisse
vel prio respectu illorũ qbꝰ appa/
ruit ad eorũ dubitationẽ tollendã
Virgo aũt beata semꝑ fuit certissi/
ma: nec primũ aut minimũ motũ
dubitationis circa christũ est passa
Et si petis quare euãgeliste nõ fa/
ciunt aliq̄3 mẽtionẽ q̄ apparuerit
matri sue. Respõdet pe. Jo. q̄ in/
tentio fuit euangelistarũ ostendere
ꝑ quẽ modu3 ꝑmo doctores fidei
nostre fuerũt de christi resurrectio
ne certificati ita vt ex hoc scire pos
simus qnomodo facti sunt resurre
ctionis christi testes idonei quibꝰ
i dubitabilis esset fides adhibẽda.

¶ Christi autẽ mater l3 ꝑm se sit
omni fide dignissima. tamẽ eo ipso
quo mater nõ debuit carnalibus
adduci pro teste. Sed pro constan
ti ⁊ firmo dereliquerunt illud qđ
facile est credere ex hoc q̄ per sin/
gulare3 gratia3 electa fuit vt esset
mater dei. regina angelorũ: ⁊ totiꝰ
mundi. Et ideo ipso silentio scri/
pturarũ melius ostendit hoc de/
bere teneri tanq̄3 idubitabile. ꝑte/
rea apparitiões xp̄i facte matri de
buerunt eẽ super itellectualissime
⁊ itimissime: ⁊ inefficacissime: ⁊ iõ
nõ potuerũt dici aut sciri ab iferio
ribus: nisi valde diminute: ita qđ
eas dĩe nobis eẽt quodãmõ deni/
grare illa3 excessũ: vñ dĩc pe. Jo.
Existimo q̄ loquendo de appari/
ne ⁊ visione intellectuali: qđ sicut
fuit sũme passa ⁊ ꝯpassa mr̃ chri/
sti sic mox xp̄i passione finita mẽs
eius spirituali ꝯtẽplatõe iuerit. ⁊
fuerit cũ aĩa christi: ⁊ qđ in pũcto
resurrectionis in intimo viscer3 eiꝰ
christus sic ei se exhibuerat. sicut d
bet filium matri dei: possumꝰ igitur
deuote meditari qđ nocte resurre/
ctionis ipa dei mr̃ orõibꝰ intẽtae
ore vel corde dicebat. ecce o pater
eterne instat tẽpus: vt tuũ meũq̄3
filiũ a morte suscites. Suscita ergo
illũ: ⁊ ad me mitte q̄ tãto merore
ꝓ eo dolorata sũ. O fili mi dulcis
sime: o fili mi amãtissime: quẽ vi/
di plagis repletũ spinis coronatũ
crudeli morte mortuum: ⁊ i sepul
chro positũ. Qñ videbo corpore/
is oculis te ex mortuis triũphasse
dixisti fili mi ⁊ totiẽs: die tertia re/

surgā: ecce iā adest: surge igr̄ et vēi vt videā te solatiū aīe mee: dū igitur staret in illa meditatione: ecce cū magno lumine apparuit ei filiꝰ eius aspectu affabili et facie decora dicens. Salue mr̄ regiaq; celoꝝ cesset amodo suspiria dolorosa amara lamēta: et lachrymē: ecce ipse sū q in vtero tuo steti quē peperisti: quem pauisti lacte v̄gineo quē educasti teneritudine: quē cordialit̄ amasti quē defleuisti doloris gladio trāsfixa: ego sū iesus filiꝰ tuꝰ q isernum spoliauit: ide p̄ires eduxi: et paradisi portas apui. Gaudeo mr̄ venerāda q2 in noīe meo flecter̄ oē genu. Tu aūt post me in regno celorum super oēs creaturas exaltaberis: nō pōt certe: vt supradictū ē capere mēs nr̄a q̄ʒ benigna fuit visitatio illa q̄ʒ dulcia verba mr̄is et filij: q̄ʒ gniosi et iucūdi aspectꝰ q̄ʒ reuerētes morigeratiq; recipe gestꝰ et hmōi.

¶ Secunda resurrectio christi fuit demōstrata testimonio angelico Ubi est notādū q vt ex tex. euāgelico colligit Augu. tres angeli apparuerūt mulieribꝰ eis annunciantes christum resurrexisse.

¶ Primꝰ est ille q reuoluit lapidem et sedebat sup eū fm Mar. et cuius aspectꝰ erat sicut fulgur. fm Mat. q dixit mulieribꝰ Jesuʒ q̄rītis surrexit nō ē hic et c. vt dc̄m ē. Duo alij sunt illi quos fm Lu. magdalena p̄mo uidit sedētes vnum ad caput aliū ad pedes vbi fuerat corpꝰ iesu. Postea q2 viderūt christum venientē a tergo magdalene erexerūt se ad faciēdū reuerētiā ei et i illa erectōe viderūt eos alie socie magdalene. hi ēt dī. mulieribꝰ Quid q̄ritis: viuētē cum mortuis nō est hic: s; resurrexit. Recordamini et c. vt supradictū ē. Hoc certe testimoniū efficax ydoneū et sufficiēs est: p̄mo attēta q̄litate testiū sunt eni angeli: et ꝯñr in mēdabiles q2 ipeccabiles: sunt eni in gr̄a ꝯfirmati: scdo attēta coꝝ numerositate: fm eni legē dei Deut. xix. in ore duorum vel triū stat oē v̄bum: si igr̄ dictū a duobꝰ ds credi ꝓ vero et acceptari ab oibꝰ et ab oi tribunali: multo magis qd dr̄ a tribꝰ veꝝ ē qd xp̄s resurrexit testimonio āgelico

¶ Tertiū testimoniū ē hūanum. Hoies vtriusq; sexꝰ testant̄ q xp̄s resurrexit. O gloriosa maria magdalena qd dixisti tu apostolis: audi qd scribit Joā. xx. venit maria magdalena annūciās discipulis: q2 vidi dn̄m et h̄ dixit mihi. Idē Mar. vltio. Alie quoq; eiꝰ socie: dr̄ Luc. xxiiij. Regresse a monumēto nunciauerūt h̄ oia illis. xj. et ceteris oibꝰ. Oia h̄. s. q̄ āgeli et xp̄s dixit aūt. s. q xp̄s surrexerat: et vos o sanctissime chorꝰ apostolorū qd audi Pau. Ro. vj. Xp̄s resurgēs ex mor. iā non mo. mors illi vltra nō dn̄abit̄. i. cor. xv. Tradidi vobis qd et accepi: qm̄ xp̄s mortuus est ꝓ peccatis nr̄is et sepultꝰ et resurrexit tertia die fm scripturas et visus ē cephe: et post hec. xj. deide visus est plusq̄ qngētibꝰ fratribꝰ simul: deide Jacobo: deinde apostolis oibus. Nouissime āt oium tā q̄ʒ abortio visus ē et mihi: et tu. O

petre qd dicis: audi Act. ij. Hunc iesus resuscitauit de⁹ cui nos oes te stes sum⁹: ide Act. iij. Ite Act. x. Nos qui manducauim⁹ & bibim⁹ cum iesu: postq resurrexit a mortuis. Hoc di. petr⁹ i psona sua & oium apostolo rum q pdicauerunt xpm p totum mun dum resurrexisse: & posuerunt i sym bolo p articulo fidei: & tu o Jo. no scripsisti christum resurrexisse cer te sic. Est ne ver an falsu: certu an dubium testimoniu tuum. Audi Jo. vltio. hic est discipul⁹ ille qui testimoniu perhibuit de his & scri psit hoc: & scim⁹ q: veru e testimo nium ei⁹: & Thomas vidit & tetigit io di. dns me⁹ & de⁹ me⁹. Ite pau. Act. xiij. deus suscitauit iesu a mor tuis q visus e p dies multos: his q simul ascederat cum eo de gali lea in hierusale q vsq nunc sunt testes ei⁹ ad plebe. Certe apostolo rum testimonium e efficax q: non ita de facili crediderut: sed pus cer tificati sunt. Vn Mat. vlt. di: q qn apparuit eis in monte galilee adorauerut: quida aute dubitaue runt. Mar. vltimo di: q audietes a magdalena: q xps viueret: & vi sus eet ab ea: no crediderut. Luc. xxiiij. Verba illaru visa sunt an di scipulos: sicut delicta & non crede bant illis. Jo. quoq. xx. Tho. du bitauit di. Nisi videro in manib⁹ ei⁹: no creda. Vbi nota fm pe. Jo. quo euagelistę simpliciter narrat: non solum qd est p christi & aposto lorum gloria: sz etia contra: & hoc sic q in vtilitatem fidei: ac per ons in gloriam christi cedat: discipuloru enim dubitatio fuit permissa a chri sto & ab euagelistis expssa.

¶ Primo ne posset in posteru di ci: q ipsi sicut homines leues & fa tui re no credendam leuiter credi derunt. Propter hoc igit ostedit q magna grauitate efficacibusq psuasionibus: ad hoc adducti sut & difficulter: vnde & sancti dicut q eorum tarditas fuit occasio firmi tatis & confirmationis nostre fidei.

¶ Secundo ad ondendum q si cut ex coi corruptione: sumus diffi ciles ad volendu & operandu bo na sic: & ad credendum vitates diui nas. Et econtra facillimi ad crede dum fabulosa: erronea & inutilia: sicut & sumus proni: ad volendu ma la & noctua & vana.

¶ Tertio ad ostendedum arduita tem huius veritatis. Dya. n. & tota corruptio nature fortius teptat co tra veritate altissimam & saluberri ma q contra alias. Ex illo etia genera li defectu nostre nihilitatis: no va lemus per nos ascendere ad cotue dum certissima & pfectissima lumi na veritatis eterne. Immo hemus nos ad illa: sicut se het oculus no ctue ad radios solis.

¶ Quarto ad docendum ipsosmet apostolos ceterosq doctores fidei qntum & qualiter infirmis debeat condescendere: vt eos possint in fide solidare: & ad eius solida conteпla tione manu ducere: & manuduce do subleuare instar xpi discipulos manuducentis ad conteplandam veritate sue resurrectionis.

¶ Quinto q: ad tollendu cor du

tus Lucas: et Ioã. euãgeliste: sed audi o xpiane: et gratias age deo: quia hec veritas quia xps fecerit miracula etiã a non fidelibus dicta et scripta sunt. In quodã nanque libello iudeorum qui intitulatur de generatiõe Iesu nazareni: dicitur quia leprosum curauit: claudũ ex vtero matris stare fecit: mortuũ suscitauit: et multa que nõ poterant fieri nisi virtute diuina fecit. Iosephus verus hebreorum hystoricus. xviij. li. suarum antiquitatũ dicit. Fuit isdẽ temporibus iesus sapiens vir: si tamẽ eũ virum nominare fas est: quasi velit dicere quod sit supra virũ: et addit rõnem: erat enim. inquit mirabiliũ operũ: effector. Ibi etiam quia resurrexit: et quia illa que predicabat erant vera: et quod erat xpus. i. messias et consequenter deus quia vt alibi probatur messias non est solũ hõ vt putãt iudei sed etiam deus. Publius etiam Lentulus hñs officium in partibus iudee tempore xpi scripsit epistolã senatoribus romanis: quã eutropius reperit in annalibus romanorum. Erat enim mos ipsis romanis qui preerant prouinciis in diuersis partibus mũdi scribebant nouitates que per mũdi climata occurrebant senatoribus romanis: in qua epistola dicit. Apparuit temporibus istis et adhuc est homo magne virtutis cui nomẽ est xps iesus qui dicitur a gentibus propheta veritatis: quẽ eius discipuli vocant filium dei: suscitãs mortuos et sanãs omnes langores. Pilatus etiam scribẽs Tyberio testatur xpm cecos illuminasse leprosos mũdasse: demones effugasse: mortuos suscitasse: ventis imperasse: pedibus siccis super aquas ambulasse et alia multa mirabilia fecisse. Milites quoque suos sibi dixisse xpm a mortuis resurrexisse: se quoque visiones angelorum vidisse: et a iudeis pecuniã recepisse vt istam resurrectionẽ tacerẽt: et in fine epistole subdit. Hec autẽ ideo scripsi ne aliquis aliter referẽs mẽtiatur: et existimet credendũ esse mẽdaciis iudeorum. Hanc epistolã claudius retulit ad senatũ vt inter cetera sacra reciperetur. De qua facit mẽtionem et Eusebius li. iij. ecclesiastice historie. c. v. et de Iosepho lib. i. c. xiiij. Ex his istis concluditur quia xps sit verus deus. Preterea si per operationẽ vnius miraculi demõstratur quia operatio eius sit infinite potentie: et consequẽter deus. Multo clarius per operationẽ duorũ: et adhuc clarius per triũ: et ita discurrendo quanto plura miracula facit aliquis tãto clarius demõstratur persona sua. O dñe Iesu quot miracula: fecisti Nunquid tantũ vnũ? Nõ sed plura Nunquid duo? Plura. Nũquid tria Non imo plura. Nunquid que scripserunt solũ euãgeliste: et ceteri supradicti? Nõ sed audi aquilam volãtem. Ioannẽ. s. euangelistã. xx. ca. di. Multa quidẽ et alia signa fecit Iesus que nõ sunt scripta in li. hoc et Criso. super hoc passũ di. sed nec alij euangeliste omnia dixerunt. Et in vl. c. verũ dicit Ioã. Sunt et alia multa que fecit Iesus: que si scribantur per singula: nec ipse arbitror mũdũ quia capere eos qui scribendi sunt libros. Dicit enim Nico. de lyra

cap hoc passu: q̄ h̄ tollitur erroris occasio: q: posset aliquis credere: q̄ nihil aliō eēt verū ō xpo: nisi q̄ est scriptū in h̄ euangelio: ⁊ in aliis de ipso. Et hoc tollitur cum dī. Que si scribantur p̄ singula q̄tū ad facta ꝑticularia ⁊ cōditiones ⁊ circūstantias eoꝝ ⁊ virtutē: nec ip sum arbitror mundū. i. hoies hui' mundi: capere eos q̄ scribēdi sunt libros. Facta. n. ⁊ verba xpi nō fuīt hominis tm̄ sed dei. q: illa humanitas erat organū diuinitatis: ⁊ iō nō prit ad plenū ab hoibus explicari: nec ēt cōprehēdi: qō patet ex hoc. Quia a principio ecclesie ceperūt sancti ⁊ doctores libros scribere ad explanationē ⁊ explicationē v̄boꝝ ⁊ factoꝝ xpi: ⁊ adhuc ad plenū nō sunt elucidata: ⁊ si mundus duraret per mille milliū annorum ⁊ semper scriberent̄ libri non elucidaret̄ ad plenū: q: sicut dictū ē sunt facta ⁊ dicta dei: que sunt nobis incōprehensibilia: hec aūt scripta sunt vt idē Jo. dicit. xx. c. vt credatis q: Jesus est fili' dei. s. naturalis in ꝑsona sibi equalis: ⁊ consequēter in deitate: q: natura diuina est indiuisibilis. Ideo ēt dī Jo anni. s. xx. Qō p̄ ꝯuersionē aque in vinū manifestauit xp̄s gloriā suā i. diuinitatis potētiā: ⁊ crediderūt in eū discipuli eius q: aliqui de nouo in eum viderunt. Et illi q̄ ꝑ̄us crediderāt in fide p̄ h̄ solidati fuerunt. Propter h̄ ēt dicebat ipse dominus iudeis: vt h̄etur Jo. v. opera que dedit mihi pater vt ꝑficiā ipsa opera que ego facio testimonium ꝑhibent de me. Idē. d. Joā. x. Efficacissimū. n. argumētū ad ꝑbandū virtutē excedentē nullā facultatē intellect': sunt opera miraculosa vt di. Nico. de ly. Sic enī firmū testimoniū h̄etur per demōstrationē in his que sunt sub naturali facultate intellectus. Ita i his que sunt supra humanā facultatē firmū testimoniū est per opera soli deo possibilia: qui nō pōt esse testis falsitatis. Et hoc modo cōfirmata est doctrina xpi: nō solū ipo ꝑdicante: sed apostolis: vt h̄etur. Mat. vl. Bn̄ ergo dī in ꝑncipio sermonis: q̄ ꝑ̄ma via p̄ quā ipse dn̄s manifestare dignat' est q̄ erat verus deus est per miraculorum operationē. Sed ꝯ hanc ꝯclusionē arguitur multipliciter: ⁊ primo sic b̄m sniam Dyonisij in li. de cele. Jerarchia: ⁊ Grego. in moral. Ordo virtutū seu chorus angelorum qui dī chorus virtutū frequēter faciunt signa ⁊ miracula. Sic ⁊ multi sancti homines ve. ⁊ no. testamēti: legunt̄ cecos illuminasse: leprosos mundasse: mortuos suscitasse ⁊ similia miracula fecisse: ergo non solum deus: ⁊ per miracula: que fecit christus non potest dici q̄ ostenderit ꝑfecte se deum eē. Ad hoc r̄ndit q̄ aliter ⁊ aliter fecerunt miracula sancti viri ⁊ xp̄s. Xp̄s. n. fecit v̄tute ꝑꝑa nō aliena: sancti aūt virtute dei ⁊ nō propria. Primū p3 Luc. vj. vbi dī virtus de illo exibat ⁊ sanabat omnes vbi Cyrillus. Nō virtutē alienā accipiebat: sed ꝑꝑa vtebat̄: ⁊ Mi.

tur q sancti fecerūt miracula i nomine Jesu xpi magis claret ipm xpm eē deum: qz in nomine eius opabant illa. Et certe si nulla alia euidentia esset in fide xpi: hec sola sufficit ad pbandum q in ea nihil falsum nihil erroneum esse potest. Nā moyses dixit se missum a deo vnde hoc pbauit? Certe ex signis vita et doctrina. Sz queso vbi tot signa que xps et sui fecerūt? Plus n. fuit super aquas siccis pedibus ambulare q̄z eas diuidere. Plus aquā in vinū ꝯuertere q̄z amaras in dulcē. Plus quoqz panes sine additione materie multiplicare q̄z de manna populum pascere: plus corpus suū gloriosum in transfiguratione ostendere: q̄z nube filios israel ptegere. Plus solo impio et vbo suscitare: q̄z cuz multis precibus. Plus in igne sine lesione existere vt in martyribus: q̄z de celo ignē descēdere: sicut fecit Helyas Apostoli curabant infirmos solo xpi nomine: vt dictuz est Petrus sola vmbra: et mulier sanguiflua solo contactu fimbrie xpi curata fuit Uita autē xpi et ꝯuersatio fuit diuinissima: et tm̄ q audaciter dicebat suis emulis. Joā. viij. Quis ex vobis arguet me de pctō? q. d. Nō possetis in aliquo: et ꝯsideretis bñ: vñ si ꝯsideraf vita xpi: inuenit exemplar humilitatis: paupertatis: castitatis charitatis et oium vtutuz. Et eius doctrina est diuinissima et totaliter docēs ꝯria que dyabolus suggerit: et mūdus et caro. Apostoli n. cum essent ydiote et simplices vno mane. s. pēthecostes edocti fuerunt de rebus altissimis: in tantū q omni lingua loquebant: per ipsos p uidebant abscondita: infideles et magnates ꝯuertebantur: scripturas interpretabant: et cum eēnt in diuersis mundi ptibus idē docebant. Ergo necessario erat vnus eoꝝ magister: et interius docēs. s. deus Preterea cum totum mundū conuerterint aut hoc fecerunt solis vbis aūt etiā miraculis. Si verbis tm̄ hoc fuit maximum miraculuz ydolatras luxuriosos et ad oē malum inclinatos ad ꝯria reducere et adeo q libēter pro hac veritate se morti tradebāt. Si autē per miracula aut erant talia que solus deus poterat facere: et sic eis credenduz aut q magi et hoc nō: qz ipsi ēt cōuertebantur: ideo bene dicit. Ni. de ly. super Mar. vl. Qd sicut veritas que subiacet falsitati naturali intellect⁹ declaraf et firmaf p reductionē ad pma pncipia p se nota: ita veritas que transcendit naturale lumen intellectus cuius ē doctrina fidei catholice: saltē quo ad pncipales articulos fidei declaratur et firmatur per opera miraculosa soli deo possibilia. Cū n. fuerint ad veritatē istius doctrine declarata ē ei⁹ veritas cum deus non possit esse testis alicui⁹ falsitatis: et h mō declarata ē vitas euāgelica corā pncipib⁹ et ptātibus et sapiētibus hui⁹ mūdi: hec ille. Ad illd autez q dī de oratione virtutum Rūdit Tho. i pma p. q. cx. Qd dicunt facere miracula: vel qz ad eo

rum ministeriũ deus miracula faciũt sicut ꝛ scti homies dñr miracula facere: vel q: ministeriuȝ aliqd exhibẽt in mulieres q̃ fiunt sicut colligendo pulueres i resurrectione cõi: vel aliqd aliud hmõi agendo. Sȝ audi o xpiane mirabile dictũ: ꝛ grãs age deo: q ad hãc fidẽ te vocare dignat᷒ est. Narrat Eusebius i ecclesia. hystoria ꝙ mulier illa q̃ curata ẽ ꝑ soluȝ tactuȝ vestimẽti xpi in paneade q̃ est cesarea Philippi: vñ fuit oriũda statuit triũphos isignes collati sibi bñficij a saluatore. Stabat nãqȝ super altã basiȝ ad limina dom᷒ ei᷒ simulachrum eneũ mulieres genib᷒ flexis ꝛ manib᷒ iũctis: q̃si ꝑcaret: ex cui᷒ opposito ad rectuȝ simulachꝝ ad istar viri eiusdẽqȝ mãe amictũ diploide: ꝛ manum extẽdẽs v̾sus mulierẽ añ ei᷒ pedes sup ipam basim abiena spẽs plãte est orta: que vsqȝ ad enee diploidis horã ptingẽs medicia oium ferebat̾. Hanc autẽ statuã dicebat repñtare christum: quã maximin᷒ destruxit: ħ ille. Adducit hãc auctoritatẽ sãctus thõ. i catena aurea sr̾ Luc. viij. ca.

¶ Sȝ iteꝝ arguit̾ ꝯ. Quia Augustinus in libro. lxxxiij. q. dicit. Qd magi faciũt miracula ꝑ ꝑuatos cõtract᷒ xpiani boni ꝑ publicã iusticiã mali christiani ꝑ signa publice iusticie. Et in eodẽ libro dic̾ ꝙ magi faciũt miracula ꝑ hoc ꝙ exaudiunt̾ a demonib᷒ ergo eẽ demones ꝛ magi pñt facẽ miracula: ad hoc rñdet̾. Qꝯ cũ nomẽ miraculi ab admiratiõe sumat̾. Ut dicit sãctus Thõ. in p͛ia pte. q. cv. arg. vij Admiratio autẽ ꝯsurgit qñ effect᷒ sũt manifesti: cã aũt occulta: sicut aliqs admirat̾ qñ vidit ecclypsim solis ꝛ ignorat cãȝ vt ꝑmo metha. Põt autẽ cã alicui᷒ effect᷒ apparẽtij eẽ alicui nõta: q̃ tñ alijs ẽ ignorata. Idẽ aliqd ẽ miꝝ vni qd non est miꝝ alijs. Sicut ecclypsiȝ solis mirat̾ rustic᷒: nõ autẽ astrologus Miraculũ autẽ simpliciter dr̾ q̃si admiratiõe plenuȝ: qd: scȝ hȝ cãm simpliciũ: ꝛ oib᷒ occultã. Hoc ãt ẽ qd facit de᷒. Unñ ista q̃ fiũt adeo ꝑter cãs nobis notas: ꝛ ꝑter ordinẽ ipius nãe creatis dñr simpliciũ miracula. Et q: idẽ tho. dicit in ꝑma p. q. cj. ar. iiij. Nõ ois v̾t᷒ nãe create ẽ nota nobis. Jõ cuȝ aliqd preter ordinẽ nãe create nobis note ꝑ v̾tutẽ creature nobis ignotã ẽ miraculũ non simpliciter: sed quo ad nos. Sic igit̾ cũ demões aliqd faciunt sua v̾tute nãli dr̾ miraculuȝ nõ simpliciter sȝ quo ad nos ꝛ hoc mõ magi ꝑ demones miracula faciunt: ꝛ dñr facẽ ꝑ ꝑuatos ꝯct᷒: q: q̃libet v̾t᷒ creature i vniuerso se hȝ vt v̾t᷒ alicui᷒ ꝑuate ꝑsõe in ciuitate. Unñ cũ magus aliqd facit ꝑ pactũ initũ cũ demone hoc fit ꝑ quẽdaȝ ꝑuatum ꝯctũ: sȝ iusticia diuina est in toto vniuerso: sicut lex publica i ciuitate: ꝛ iõ boni christiani inq̃ntũ ꝑ iusticiã diuinã miracula faciunt dñr miracula facẽ ꝑ publicã iusticiã: vñ mali christiani ꝑ signa publice sicut in vocãdo nomẽ christi vel extrahẽdo aliq̃ sacra: ħ ille. Hieco. de li. sup Mat. xij. dicit. Quod

sz q̃ dicit Nic. lz vtute magica pos sint aliq̃ miracl'a fieri: tñ illa ptinēt ad curiositatē & vanitatē. sicut Simō mag' faciebat statuas ambulare lo q & ridere: vt hr in itinerario bti cle mētis papa. Sz illa q̃ sūt salubria vt curatio lāguidoꝝ & hmōi: non pñt magicis artib' fieri: iō debent attribui diuine vtuti. Talia erāt q̃ faciebat christ' iō dicit illi christ': Arborē facite bonā & fructuz eius bonum: aut facite arborē malā: et fructum. Siqdē ex fructu cognoscitur. Dicit Nic. de li. q̃ arbor hic accipit pncipiū ipsoꝝ opeꝝ: fruct' aūt ipa opa. Inter arborē & fructū semp ē similitudo. Ergo q: opera miraculosa q̃ fecit christ' nō erant curiosa & vana sz salubria: ꝯcludit qd̾ pncipiū p qd̾ tale faciebat erat sanctū & bonum: & hoc ē qd̾ dicit: facite arborē bonū & fructuz ei' bonum. q.d. Ex bonitate opeꝝ q̃ ego facio: potestis ppēdē q̃ vt' p quā ego facio nō ē mala sz bona: aut facite ar. ma. q.d. Ex operib' q̃ fiunt per artē magicā cuz sint mala vana & curiosa potestis perpēdere q̃ fiunt vtute maligna. Igit magn' es tu & faciēs mirabilia. Tu es de' sol'. ps. lxxxv. qd̾ pōt eē ad thema ¶ Secūdū quo iesus nazaren' ꝓ nobis icarnat' deitatē suā manifestare voluit est secretorū cognitio. Nos eni hēm' multas cogitatōes in corde secretas & occultas: quis pōt illa scire. Nūqd ali' hō. Nunqd demōs. Nūqd angeli boni: Nō qs ergo vltra nos? Certe nō nisi deus. Hec est ꝯclusio Nico. de li. su per Mat. ix. f. q̃ cogitatōes hominum cognoscē per certitudinē soli deo ꝓpriū ē. Et Tho. in pma par. q. lvj. & lxvij. Et Bo. in scdo di. viij. q. vlt. vbi sic dicit. Sicut de' volūtati rōnali creature: dedit dñium siue arbitriū cui nulla psidet nisi diuina persona: sic et' cognitiue dedit ꝯsciētie secretū: cuius secreta & ꝓfūda nō penetrat nisi diuina sapiētia. Jō dico q̃ nulla creatura nec hūa. nec angelica: pōt cōsciētie hūane secreta nosse: nisi per signa vel cōiecturas: vel nisi noueerit dei reuelatiōe vel hois denūciatione siue detectiōe. Et Aug. de tri ni. In trinas cogitatiōes nr̄as diabolum nō videre dogma certū est. Et ꝓbat per sacrā scripturā. Nā pmi Re. xvj. di. Nō intuet q̃ patēt dñs aūt intuet coꝛ. Et. xlij. Rñdēs do. dixit. Scio q: oia potes: & nulla te latet cogitatio. Et. ps. xliij. ipe nouit abscōdita cordis. Et sapientie pͥo. De' cordis scrutator ē verus. Et Hier. xvij. Prauuz ē coꝛ hois & iscrutabile: qs cognoscet illud. q.d. nemo nisi sol' de'. Unde subdit ego dñs scrutās renes & corda. Et. iij. Re. viij. Q: tu nosti solus corda filioꝝ hoīum. Et prime ad corinth. ij. Nemo scit qd sit hominis: nisi spūs hois q in ipo est. Ubi Nic. de li. Eo q̃ spūs hois ē sibi ꝯsubstātialis: cognoscit oia ei' itima: & null' ali' nisi ipe de' q est itimioꝛ hois q̄z ipe spūs ꝓpri' e' & ad Hebre. iiij. Uiu' est sermo dei & efficax &. j. Et discretoꝛ cogitationum & itētionū cordis: & nō est

ulla creatura inuisibilis i conspectu ei⁹ Ni. de li. dicit. Qd id e discre tor cogitationu qz soli deo cogni te sūt sm cōcz opi. doc. Et lz aliq dic it ipaz cogitationē nrāz eē co gnoscibilē pure substātie spūali vt Aug. xij. sr Gc. ad lraz tñ de iten tione cogitatōis ipsi pcedunt qz ē cognoscibilis soli deo vbi gla. Si cogitem de muliere: dicūt qz hoc pōt cognoscē angel⁹ bon⁹ siue ma lus ēt ex nālib⁹: sz si cogitem intē tione decipiēdi ipaz: vel ad bonuz isorm ādu: sol⁹ de⁹ cognoscit. Jō di cit apostol⁹ qz ē discretor itētionuz et cogitationuz cordiu: qz cognitio dei nō solū se extēdit ad ipas cogi tatiōes: sed ēt cogitationū itētiōes Et nō est vlla creatura iuisibilis ī pspectu ei⁹: nec videt res in sfcilio soluz sicut nos cū videm⁹ hominē vestitū nō videm⁹ q̄ latēt sub veste sed videt oia in pfundo. Jō dicit: oia nuda et aperta sunt oculis ei⁹: Et .j. Jo. iij. Maior ē deus corde nro et nouit oia. Sext⁹ Pithago ricus hanc pclusionē pfirmat di cens: Cogitatio hois deū nō latet iō cogitatio tua pura sit ab oi malo et .j. di. Deū nō latebit agēs iniuste nec cogitās qdē. Et Sen. ad Lu cilium. Quid pdest aliqd ab hoie eē secretū? Nihil deo clausus est. Ipse cogitatiōibus nris iteruenit: sicut iteruenit dico: vt nunq̄ inde discedat. O dñe iesu christe fili v ginis marie: nosti tu secreta homi num? Certe sic. Lege Jo. pmo ca. Inuenies q̄liter Philipp⁹ a chri sto istruct⁹ iuit ad q̄rēduz natana helē fratrē suū desiderans eū hre fratrē in fide: sicut in carne. Et di cit Ni. de li. Iste autē natanahel erat hō lfatus in lege et pphetis. Jō Philipp⁹ q̄uis eēt par lrar⁹ a pncipio: tñ iā erat istruct⁹ a chri sto: de scripturis legis et pphetarū loquētibus de ipso. Jō anūciādo christuz fri suo quē sciebat lfatuz icepit a testimonio legis et pphe⁹ dicēs. Quē scripsit moises in lege et pphe inuenim⁹ iesū filiū Joseph a nazaret. hoc hētur Gen. penulti mo. nō auferet sceptrz de iuda zc. Et Deute. xviij. Propham susci tabit de⁹ de fri. n. zc. Que ad lraz de christo sūt itelligēda. Jō dixit philipp⁹ quē scripsit mo ses i lege addit et pphe: ois. n. pphe d xpo loquūtur qz ad xpz oiuz eoz pphe tie ordinabant. Addit iesum. q. d. Hoc nomē pgruū est pphetis: q a pmittunt messiaz saluatorē. Hoc ēt nomē ponit expsse de iesu: aba cuch vltimo. Exultabo in deo iesu mo. et in apocriphis hesdre: et erit pēst annos hos et morief iesus fili us me⁹: et seculū pertet. addit fili uz Joseph. Philipp⁹ h loqt sz cōem modū loquēdi: qz putabat ei⁹ fili⁹ vt hētur Luc. iij. Hoc etiā psonat scripture q̄ clamat christuz descēdē de stirpe dauid: de q̄ tri bu erat Joseph vir xpi hoc ipsius genealogia per ipz pputat i Mat. prio: et Luc. iij. Quāuis. n. nō fue rit pr christi fuit tñ cōiunct⁹ in ma trimonio mri ei⁹ q̄ fuit eiusdē tri bus. Addit anazaret: loc⁹ ēt iste cō sonat scripture loquēti de christo

Isaie.xj. vbi dr fm hebraicã vitatem. Egredietur virga de radice yesse ⁊ nazare⁹ de radice eius ascēdet: ⁊ ideo natanahel videns hãc cõsonãtiã rñdit. A nazareth pt aliqd boni eē. Affirmatiue fz Aug. fm verũ chrisostomũ. Negatiue ⁊ dubitatiue: qz sicut dcm̃ ē: natanahel erat legis perit⁹: ⁊ io videbat: q duo pma nõ hẽrẽt calũniã: scz nomẽ ppriũ iesus ēt gen⁹: scz dauid. Sz de loco videbat eē ꝯ scripturam Mich.v. Ubi expsse dr christuz nasciturus in bethleē: ⁊ io natha. ɔcessis duob⁹ pmis tãquaz manifeste veris: q̃rit dubitatiue d alio dicēs. A nã pōt aliqd boni eē Et qz Philipp⁹ non erat ita perfecte istruct⁹. Ideo duxit eum ad iesum: vt ab eo pleni⁹ audiret, ppter qd dixit: Ueni ⁊ vide. i. disce ab eo Sequit vidit iesus nathanahel venientẽ ad se. Hic vo fm Nico. de li. q christ⁹ ondit se eē veruz messiam ex signis: qz legis perit: vt .ij. cor.j. ⁊ i plurib⁹ locis euãgelij: pmuz signuz fuit mãifestatio occulti pñtis. s. itētionis ⁊ puritatꝫ consciēt. e ipsi⁹ natha. q̃ non poterãt eē nota: nisi vtute dina: ⁊ ideo dr vidit iesus natha. vt ad se: Non eni soluz vidit euz exteri⁹ sz iteri⁹: qz sine itētione doli ⁊ falsitatꝫ veniebat vt vitatẽ cognosceret: vñ dicit: ecce ver⁹ his ita i quo dol⁹ non ē: vidēs autem natha. q ɔditionē sue mētis expsserat: q̃siuit vñ ipsz sciebat. d. Unñ me nosti: ⁊ iesus rñdit ei p reuellationē alteri⁹ occulti. s. pteriti. d. pusq̃ te vocaret Philippus cuz esses sub ficu vidi te. i. cognoui ppositũ cordis tui. ad lras postq̃ loquti fuerunt ad inuicem de xpo ipe: ⁊ Philipp⁹ sub ficu in tali distãtia: q xps non poterat eos vidē oculo corporali: nec aliquis ali⁹ erat pñs qui prio potuisset ei referre: ⁊ ideo ppi hoc signuz et pcedens natha. stati ɔfessus est ⁊ ɔuersus ad euz: h Ni. de li. Lege etiaz Jo. iiij. Inuenies q christ⁹ cognouit in deuotionez reguli nã ei dixit Nisi signa videretis ⁊ pdigia non creditis: lz eni iste regul⁹ crederet christuz posse sanare filiuz ei⁹ credebat tñ q hoc non faceret sine psentia corporali: vñ ⁊ ppi hoc volebat q descenderet in domuz suã ⁊ ideo christ⁹ duxe rñdit: ⁊ Joã. viij. habet q̃lr mulier dephensa i adulterio fuit adducta xpo: vt adducentes pñtet accusare euz: videbãt eni tãtã ei⁹ mãsuetudinez ⁊ misericordiã q pbatissime iudicaret ipaz dimitti: ⁊ sic accusaret ab eis tãq̃ trãsgressor legis: ppi qd reduxerũt legez ad mēoriã ne posset excusari per legis obliuionem. Si autez diceret eã lapidãdã: videbatur dicē ꝯ alia sua dcã ⁊ fcã q̃ erãt d pietatꝫ et misericordia. Jesus ãt in sua rñsione iusticiaz tenuit: et a misericordia non declinauit: ⁊ sic vtrãq̃ cauillationez illoruz euitauit. Suã ãt sniaz fm modũ iudicialem pmo scripsit. postea ptulit. Nã dr iclinãs se deorsum digito scribebat i terra. s. il. d qd postea ptulit ad maiorē certitudinē: cũ aũt pseuerarēt iterrogãtes euz erext

se ad eoꝝ iportunitatē repꝛmendaꝫ ꝛ dixit. Qui sine peccato ē vestruꝫ ꝑmū in eā lapidē mittat. q. d. puniatur peccatrix: ſꝫ non a peccatoribus. Impleat̄ lex: quā allegatis: ſꝫ nō a vobis q allegatis. In inferendo eni penā iustā dꝫ obseruari de bitus mod⁹. Et iteꝝ se icli. scri. in terra. Dicūt aliq ꝙ scribebat id ꝙ ꝓus ad ostendēdū firmitatē snie. Alij dicūt ꝛ meli⁹ vt videt̄ ꝙ scribebat eoꝝ peccata: vt eos oñderet ieptos ad executionē hui⁹ snie. Jō seq̄t̄ vn⁹ post aliū exibāt: q: erant grauioꝛib⁹ criminibus irretiti. Sꝫ si q̄rat̄ quō scribebat dicēduꝫ ꝙ non scribebat ꝑ singula: ſꝫ diuina v̄tute poterat facē ꝙ in aliq̄ scriptura ab eo ꝓtracta: qlibet eorū videret sua peccata ꝛ nō alia: nec ab alijs videbant̄. Hec Ni. de li. Mat. c̄t. ix. dī ꝙ q: xp̄s dixit palitico remittūt̄ tibi peccata tua: Judei iponebāt sibi blasphemiā. Christ⁹ āt ꝯueniēter eos redarguit: oñdens se eē deum dupliciter. ꝑmo q: rñdit eoꝛuꝫ cogitationib⁹: q̄s cognoscē per certitudinē soli deo ꝓpꝛiū ē: vt. s. Jō cū vidisset christ⁹ cogitatōes eorū dixit: vt qd cogitatis mala i cordibus vestris. Talē. s. mihi blasphemiā imponendo: scđo h̄ idē oñdit sanādo paraliticū per iperiū tanq̄ ꝓpꝛia v̄tute: qđ est eiusdē ꝑtātis sibi peccata dimittē: ſꝫ eni paralisis aliq̄ñ v̄tut̄ nāe possit curari: nō m̄ subito: nec ita pfectē vt statiꝫ possit h̄ō lectū in quo iacebat ita portare vt dī h̄ ꝓpi qđ dicit. Quid ē facilius dicē ꝛc. q. d. cq̄lis ꝑtās ē vtrū ꝗ. Ex quo ꝯcludit v̄tutē sue diuinitatis perfectā dicēs. Ut sciatis āt q: fili⁹ hoīs hꝫ ꝑtātē dimittēdi peccata. s. vt de⁹ nō pur⁹ hō: tūc aīt paralitico. Surge ꝛc. Luc. c̄t. xj. habetur ꝙ cognouit cogitatōes phariseoꝝ. d. ꝙ in belzebuth eiciebat demonia. Quas cogitatōes vt vidit confutauit: vt ibi. Similit̄ q̄ttuoꝛ euāgeliste testant̄ eū cognouisse ꝓditionē iude. Uñ ꝛ Jo. iterroganti dixit qs ē qui tradet te? Rñdit sub silētio: q: si alte dixisset petr⁹ isurrexisset in ꝓditoꝛē: ille ē cui intinctū panē porrexero: vt h̄ētur Jo. xiij. Ex dictis arguo sic. Null⁹ nouit secreta cordiū nisi de⁹ vel cui ip̄e reuellat christ⁹ nouit secreta cordiuꝫ hūanoꝝ: ergo christ⁹ ē de⁹ vel de⁹ cum illo: sed quō de⁹ esset cū illo si nō esset veruꝫ qđ ip̄e dixit. s. se esse deum cū hoc fuisset maxima blasphemia? Pꝫ. ix. q: ē silius in. iij. ꝓme: maioꝛ āt ꝛ mioꝛ ex ꝓmiss̄ ꝛc.

¶ Tertiū quo xp̄s suā diuinitateꝫ demōstrauit ē peccatorū remissio Tu o peccatoꝛ fecisti multa peccata desideras tibi remitti: ad quem spectat talē remissioneꝫ? Certe vt determinat magr̄ i. iiij. di. xviij. solus de⁹ remittit peccatuꝫ effectiue idest macula peccati: q̄ est dispositio q̄ anima pōt pati igne infernali. q̄ quidē non est similitudo tēporalium ad quē anima peccādo conuertitur. Ut dicit Ricar. idem ar. ij. q. j. Sꝫ etiā ꝑncipalr⁹ ē ꝑuatio silitudinis dei: a quo auertit̄: ꝛ Hie. super Mat. d. Qđ scribe putantes purū hominē vidēdo ꝙ di

mittebat pet. arguebāt blasphemie: q̄si vſū posset: qđ soli deo cōuenit. Et pbaſ per sacrā scripturā Isai. xliij. Ego sum ipſe qui debeo iniquitates tuas ꝓpter me. i. ꝓpter misericordiā meā: ſʒ Ni. de li. ⁊ peccatorū tuorum nō recordabor: O dñe ieſu remisisti tu peccata? Certe sic pʒ Mat. ix. vbi .d. paralitico: Remittunſ tibi peccata tua ⁊ Lu. vij. magdalene remittunſ tibi peccata tua. Ubi Nic. de li. Nō quantum ad culpā ſed etiā q̄ntum ad penā et vehementi amore ⁊ horrore peccati ꝑteriti: ⁊ Jo. viij. Adultere. Nec ego te ꝯdemnabo: q: s. veni peccatores saluare nō ꝯdēnare: Uade. s. absoluta culpa ⁊ pena ſm Ni. de li. Nō solū āt illis ſed ⁊ nobis omnib⁹ quotidie remittuntur peccata. Nā o peccator ſi ꝯteretis obtines remiſſionē peccotorū. vñ hoc? Certe a diuina misericordia: mediāte merito christi: qđ influit in sacro penitētie. super vn⁹ infidelis hñs originale ⁊ actualia peccata: statim vt baptizaſ obtinet oim remiſſionē. Uñ hoc nisi a paſſiōe xpi: vnde de conſe. diſt. iiij. Nemo tollit peccata nisi solus xp̄s. Ideo Jo. baptiſta: cū digito oſtendens dixit Ecce agnuſ dei q tollit peccata mū. di. Jo. i. vbi Theophilus xp̄s dſ agnus dei in quātū deuſ pater mortē xpi acceptauit pro nr̄a saluſte. Et Nic. de lv. agnus dei. i. mitis adeo immolādus vt hoſtia acceptiſſima. ⁊ Chri. nō. d. q̄ tollet ſed q̄ tollit peccatū mūdi: quaſi ſuper hoc faciēte ipſo. Nō. n. tūc solū tulit cū paſſus ē: ſed illo tēpore vſq; ad pn̄s tollit nō ſemp crucifixus. Unā. n. pro pctis obtulit immolationē. ſed ſemp purgās p illam. Et beda peccatū mūdi dſ originale peccatū qđ ē cōmune toll⁹ mundi qđ qdē ⁊ singulorū ſupaddita xp̄us relaxat. ⁊ Nic. de ly. Tollere peccatū ē ꝓpꝛium : ꝓpꝛius deitati quo Jo. ꝓhibet teſtimoniū xp̄o q̄ntam ad ei⁹ diuinitatē. dicitur aūt h̄ peccatū ponēdo singulare ꝓ plurali ſm modū ideomatis ebꝛei: vt pʒ ex. viij. venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcaꝝ. Uel aliter dicitur peccatū i singulari q: iſte agn⁹ tolleret peccata generaſ tñ ſpecialiter mō ꝓ pctō originali fuit occiſus: Ex dictis argu. ſic. Nullus remittit peccata niſi deus xp̄us remittit peccata. Ergo xp̄us ē deus. Et ſic pʒ q̄liter ipſa pſona vbi diuini: dignata eſt manifeſtare nobiſ q̄ ipſe Jeſus fili⁹ virginis Maria erat verus deus qui ſit benedictus in ſecula Amen.

¶ Feria. ij. in albis poſt prandiū iterum pꝛobatur. Quod ieſus nazarenus filius naturalis. Uirginis eſt verus deus. Sermo. lxxviij.

Deus erat cū illo act. x. Habuimus in ꝑcedēti ſermone q̄ triplex ē teſtimoniū teſtificans ieſum nazarenū filiū glorioſe virginis marie eē verū deum. ſ. diuinū angelicū ⁊ humanū. Circa diuinū habuimus: quō ipſa ſcd̄a perſona beatiſſime trinitatis: que dignata ē ſibi naturā noſtrā vniſ multipli

citer demonstrauit hāc suā veritatē Restat videamus d testimonio re liquar psonarum patris. s.r.ss. et tandē de alijs testibus.s.angelicis et humanis.

¶ Prio ergo dico q ipse de pater testificatus est seu manifestauit Jesum nazarenū eē deum verū et hoc tripliciter.

¶ Primo per opera.

¶ Secundo per seipsum.

¶ Tertio per scripturas.

¶ De primo hētur Joan.v. vbi dr: q xps loquēs iudeis dicebat Ego aūt nō accipio ab hoie testimoniū sed hoc dico vt vos salui sitis. Et infra ego habeo testimoniū maius Joanne. Opa.n.que dedit mihi pater vt perficiā ea:ipsa opa que ego facio testimoniū phibent de me q pater me misit.d. Nic.de ly.Testimoniū maius Joāne.s.testimoniū dei pris:quod est maius testimonio Joānis ppter maiorē cognitionis certitudinē: et pp eius icōmutabilitatē. Et ondit quale sit istud testimonium di. Opa.n.que dedit mihi pater vt pficiā ea.s.miracula totius vtutē creature excedētia:que faciebat xps ppria vtute. Jō.d.vt perficiā ea ipsa opa testimoniū perhibēt de me q pr me misit. Sicut enim firmū testimoniū hētur per demonstrationē in his que sunt nāli facultate intellectus: Jta in his que sunt supra humanā facultatē firmū testimoniū est per opa soli deo possibilia: que nō pōt esse testis falsitatis. Et hoc mō pfirmata est doctrina chri sti nō solum pdicantis: sed et apostolis: vt habet Mat.vltio: et etiā supra dictū est. Jdeo dicebant iudei xpo. Quousqz aiam nostra tollis.i.crucias dimittendo nos in suspeso per hoc innuētes q velent eius dicto stare: et eū libēter sicut xpm recipere:cū tn haberent pṫriū in corde. Si tu es xpus dic nobis palam. Nō querunt si tu es filius dei:q de hoc nō curasset Pilatus qui erat gentilis:apud quē intēdebāt eū accusare : sed querunt si tu es xps.i.vnctus:que vnctio debebatur regib: et p cōsequēs si rñdisset eē xpm statim accusassent eū psidi:vt rebellare volētē cōtra imparotem romanū:cui subditi erāt iudei et aspirare ad regē. Eadē autē cā dixerunt dic nobis palā vt testimoniū possent hēre ptra eū. Quibus rñdit iesus. Loquor vobis et nō creditis qsi dicat. Vos queritis vba exprimētia q ego sim xps nō ad veritatē intelligēdā:sed magis ad calūniādū q si illa dicerē nō crederetis:qd pbat subiungendo. Opera que ego facio.i.n.pris.m. ipsa testimoniū peribēt de me. Efficacissimū.n.argumētū ad pbandum veritatē excedētē facultatē naturalis intellectus vt dictū est sunt opera miraculosa et tn illis nō credebant cū tn fierēt ad dclarationē eius. Et ideo nō sunt excusabiles quod et manifeste dixit Jesus Jo.xv. Si non venissem et locutus eis nō fuissēt petm nō haberet:nunc autē etc.nō habent de peccato suo et.j. Si opa nō fecis-

sez in eis que nemo alius fecit pec cati nō haberent. s. infidelitatis i me lz haberent alia peccata. Nūc āt ꝛ viderūt. s. opa ꝛ oderunt me ꝛ patrē meū. q: ex odio ad xpm̄ opa ei⁹ attribuebāt belzebuch vt hētur Mt. xij. Neō āt fecit talia opa añ xpm̄: vt pz in illuminatione ceci nati: In suscitatione lazari quatriduani: in sup naturali eclipsis solis in passione eius. Et ideo si illi qui fuerūt increduli moysi ꝛ ,pp hetis fuerūt puniti grauiter: ꝛ i excusabiles reputati multo fortius isti.

¶ Secūdo per seipsum. De hoc dī Jo. v. Qui misit me pater ip se testimoniū phibuit de me. Hec aūt fuit qn̄ iuit ad Joānē a galilea in Jordane: vt baptizaret ab eo. Ut habet Mat. iij. Et ecce vox dē celo. d. Hic est filius meus dilect⁹ Cuius putas fuerit vox ista? Certe nō nisi patris. Unde Aug. de fi. ad. pe. Quāuis patris ꝛ filij spūs sancti sic vna natura: firmissime tn̄ tene tres eē psonas patrē qꝫ solū eē qui dixit h̄ est filius meus dilect⁹ Et Hie. In bapt. patris vox testimoniuꝫ filio phibentis audit. In transfiguratione ēt de qua habet Mat. xvij. similis vox audita est. Ubi Criso. Neqꝫ moyses loqtur nec Helias: sed pater oib⁹ maior vocē emittit e nube vt discipuli crederant: q: adeo hec vox erat: semper enim aparere solet deus in nube sicut scriptū est. Nubes ꝛ caligo in circuitu eius. Et hoc ē qđ dicitur. Ecce vox de nube hec ille. Sed non ta q: de⁹ habet plures filios adoptiuos: ꝛ vnū naturalē: Qui sunt adoptiui? O christiani bonum nouum bonū nouū. Audi Jo. pmo Dedit eis potestatē filios dei fieri his qui credūt in noīe eius. Et cōsequēter hēdes eius vt dicit Paulus ad gal. Si filij ꝛ heredes. Sꝫ nunqd ipse Jesus est fili⁹ adoptiuus? Certe nō. Immo nālis p eternā generationē: ꝛ pñr eiusdem nature substātie ꝛ eēntie cū pre. Unde Athanasius patris ꝛ filij ꝛ spūs sancti vna est diuinitas eq̄lis gl̄ia coheterna maiestas. Tu ego dñe noster iesu nazarene filij virginis marie super quē facta est talis vox es verus filius dei naturalis. Unde Hilarius. Hic ,pprius ꝛ verus filius origine nō adoptione: veritate nō nūcupatione natiuitate nō creatione. Et Aug. super Joanneꝫ Pater diligit filiū: sed quomodo pater filiū nō quō dñs seruuꝫ quomō vnicū nō quō adoptiuum. Ut autem hoc innueret posuit articulum: hic fm̄ Athanasium: vt comprehendamus qm̄ ipse solus ē qui re vera est filius dei fm̄ naturam. Sicut siquis habēs plures filios de vno ipsorū diceret hic est filius meus. Ly. hic dnotat aliqd singularitatis in eo vel aliquam discretionem seu segregationē a ceteris.

¶ Tertium testimoniū quod perhibuit pater est scripturas veteris testamēti q̄ manifeste loquuntur dē Jesu xpo Jo. Scrutamini scripturas. s. legis ꝛ ,pphetarum. Scrutamini interius diligēter ad veritē q: vos putatis in ipsis vi-

tā eternaꝫ habere. Bene dicit pu tatio: qꝛ ab hac opinione sunt defraudati et eorum incredulitate vt d. Ni. de ly. Sup. tex. ⁊ iste que testimonium phibent de me. qꝛ scripture ve. te. determinant tēpus ad uentus eius gen̄. penultimo. Non auffereť sceptrum ⁊c. Et danielis ix. vbi determinať aduentus sanct᷒ sanctoꝛuꝫ sub nūero ebdomodaꝝ Determinat ēt locum natiuitatis s. Bethleem Michee. v. Determinat ēt mod᷒ nascēdi. Jsay. vij. Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pariet. Et modū cōpēsandi. s. Zach. ix. in paupꝫ tate. Et modū moꝛiēdi. Jsay. liij. Sicut ouis ad occisioneꝫ du. ⁊c. Et breuiter oia xpi misteria i veteri testamēto inueniūtur expssa ⁊ in xpo cōpleta. Et iō ex scripturis ve. te. potuit vere cognosci: ꝙ ipse erat xps in lege pmissus ⁊ ꝟus deus.

¶ Scdo dico ꝙ ēt ipa psona. ss. testificata est Jesum nazarenum eē verū deuꝫ. Nā vt dicit Mat. iij. Baptizatus Jesus ascendit de aq̄ ⁊ ecce aperti sunt ei celi: nō ꝙ celū tunc fuerit diuisum: sed qꝛ videbatur apiri. sicut i coruscatione videť fieri ꝑm Ni. de ly. Glo. vero magistralis. d. Tātus splendoꝛ circūfulsit xpm in baptismo. Ut empireū celū videreť eē reseratū legť Et vidit spūm dei descendētem sic̄ colūbā: ⁊ veniētē super se. Hec columba vt Aug. in lib. de agone xpi ano videť velle fuit formata adeo sine ministerio aliarū colūbarū: sic̄ sine virili semine coꝛpus xpi i vtero virginis glorioſissime: ⁊ fuit visibilis immo visa sicut ipse. di. in lib. de trinitate. Non tñ sic assumpta ē colūba i vnitate psona sic̄ natura humana: sed vt per ipsam columbam oñdereť. ss. Ideo. d. Ni. de li. Quod in baptismo xpi tota trinitas apparuit. Pater. s. in voce fili᷒ in carne. ss. colūbe spē. Fili᷒ apparuit in carne sibi vnita vnitate suppositi in apparitione aliarum personarum erat vnio per modū signi. Hāc columbā testať Joan. bap. se vidisse. Jo. i. qui baptizauit eū. Similiter vt habeť act. ij. S. s. in die pentecostes venit sup apostolos in spē ignis ⁊ linguarum ⁊ ex tunc pdicauerūt audaciter iesuꝫ nazarenū eē verū deum. ex quo arguo. ꝙ postq̄ꝫ spiritussanctus descendit super apostolos signum ē ꝙ erant veraces ⁊ boni: qꝛ aliter nō descendisset. Nā deus nō pōt esse testis falsitatis. Sed ipsi predicāt Jesum nazarenū eē deū: ergo ita ē. De hoc dicebat xps. Jo. xv. Cū venerit paraclitus quē ego mittā vobis spūm veritatis qui a patre procedit ille testimonium phi. de me. Quod. n. hoies prius illiterati ⁊ simplices de pꝛofunditate scripturarum subito plene loquerenť ⁊ in oībus linguis fuit maximum signum ad cōfirmādū fidem chꝛisti. Sicut ēt diximus in precedenti sermōe. Maxima blasfemia dei est vsurpare deitatem: que soli dō competit ⁊ attribueť creature. Sꝫ si xps nazarenus nō fuisset de᷒ cū sibi deitatē attribuerit: sequereť ꝙ fuisset maximus blasfemus: ⁊ ꝟūr

spüssanctus nō descēdisset: nec mā sisset sup eū. Quod aūt dixit se deum pz Jo.x. Pater meus inquit qđ dedit mihi oībus maius est. s. ipsa deitas: quā habeo: qꝛ oia creata concedit in infinitū. Et.j. ego ꝛ pater vnū sumus. ẜm Aug. ꝛ Hi. de li. excludit duo errores cōtrarij circa articulū trinitatis Sabelius eni pōit in deo vnitatē psone: sicut ꝛ eēntiam. Hoc remouet cuȝ dr ego ꝛ pater vnū sumus. Si.n. pr ꝛ filius eēnt vna persona dixisset sum in singulari. Arius aūt extra posuit diuersitatē eēntiarū sicut ꝛ psonarū. Hoc excludit ꝑ hoc qđ dr vnum. Si.n. pater ꝛ filius haberent diuersas eēntias non eēnt vnū singulariter sed pluraliter. Jō Aug. Utriqꝫ audi ꝛ vnū ꝛ sumus ꝛ a charibde ꝛ sylla liberaber]. Liberat te ab ario qui dixi sumus liberat te a sabellio qui dixit. Unuȝ Et.vi. de trinitate. Unū sumus dictum est qꝛ hoc ꝛ ego ẜm essentiaȝ nō ẜm relatiuū. Et Hilarius. viij. de trinitate. Unū sūt pater ꝛ filius natura honoꝛ virtute. Et Jo.xiiij. d. Creditis in deum ꝛ in me credite. ẜm Aug. Hic xp̄us cōsolat discipulos: deum se eē contestās. q.d. Consequēs ē si in deum creditis: vt in me credere debeatis: qđ non eēt ꝯñs si xp̄s nō eēt deus hec ille Jbidē etiam. Qui videt me videt ꝛ patrē meū. Ubi Aug. nō q̄ ipse sit pater ꝛ filius ꝛ se a patris similitudine in nullo ꝑsius discrepet filius. Sicut de duobus similibus loqui solemus. Vidistis istum: vidistis illum. Et Jo.v. patrem suū dicebat deū: equale se faciens deo. Ex supradictis pz primū testimoniū. s. super celeste ꝛ diuinā deitatē Jesu xp̄i nazareni testificatus ē pater filius ꝛ spiritussanctus.

¶ Secundū testimoniū dico q̄ ē angelicū vbi nota q̄ angeloꝝ quidam sunt cōfirmati in gratia: qdā obstinati in culpa. Primi sunt boni qui remanserunt post casum luciferi: secundi vero mali qui ceciderūt cū eo. Et ab vtrisqꝫ perhibetur q̄ Jesus nazarenus est filiꝰ dei. Patet primo de angelo gabriele: qui: qñ salutauit gloriosam virginē inter alia dixit. Luc.i. hic erit magnꝰ: ꝛ filius altissimi vocabit. i. ipsi dei qui solus est altissimus. Homo.n. ē altus inter creaturas corporales. Altior Angelus. Solus deꝰ est altissimus. Jsta aūt filiatio dei accipit h̄ per naturam in oībus alijs quantūcūqꝫ sanctis est tm̄ filiatio per adoptionē vt dictum est. Et.j. Quod nascet ex te sanctum vocabit filius dei. Dicit sanctū absolute absqꝫ determinatione: qꝛ si dixisset sctūs deus vel sanctus hō vel aliq̄d simile nō explesisset cōplete sanctitatē eius. Nam in eo ē sanctitas diuina ꝛ humana: ꝛ quicqd sanctitatis pōt excogitari in qualibet creatura eminentius est in deo. Jō dicit sctm̄ absqꝫ determinatione. Sicut etiā deꝰ dixit Moysi exo.iij. Ego sum qui sum. Ait sic dices filijs israel. Qui est misit me ad vos: vt per hoc ostēderet q̄ plenitudo eēndi inesset ei.

finitas est ꝓprium ipsi⁹ dei. Hec Nic. de li. Ité luc. ij. habef. Qđ nato dño angelus dñi stetit Iuxta pastores vigilantes. ꝛ claritas dei circūfulsit illos ꝛ timuerunt ex in solita visione. Sȝ angelus eos có solaf dicés. Nolite timere cuius causa subdif. Ecce.n. euāgelizo vo bis gaudiū magnuȝ quod erit om ni populo: nó solum iudeorūȝ sed ét gentilui: q: natus est nobis ho die saluator. Dixit hodie q: lȝ esset nox: erat tñ pars diei nālis Ul' ali ter ꝛ melius. Quia nox illa ex cla ritate diuina fuit sic illuminata: ac si eēt dies clarissima: fm q predi ctum fuerat in ps̄. Et nox sicut di es illuminabitur. Qui est xp̄s dñs xp̄s grece idé é vnct⁹ latie. Antiq tatis auté in veteri lege vngebanf tñ reges ꝛ pontifices xp̄s rex est ꝛ pontifex. Et iō bene df xp̄s.i. un ctus nó vnctione humana sed diui na: q: in humanitate pro nobis af sumpta fuit vnctus adeo patre im mo atota trinitate plenitudie gra tie. Sicut dicif in ps̄. Unxit te de us: deus tuus oleo letitie p̄e con sortibus tuis. Propter quod dici tur Jo. iij. Datus est et spūs non ad mensurá.s. aliorū hoīum: sȝ fȝ oém plenitudiné: nó solum suffici entie: sed ét superhabundātie i'om nes alios ad sufficiétiá. Secundū q df Jo. i. de plenitudine ei⁹ nos oēs accepimus. Sicut.n. in capi te corporis naturalis sūt oés séfus in alijs auté mébris sunt particula tim: sic i xp̄o capite nostro est ois plenitudo gr̄e in alijs aūt diuisim

Non tñ illa gr̄a collata hoī xp̄o é infinita: sed q: hēt gratiá fm oém róné ei⁹ ꝛ effectū. Sicut habef al bedo ad oēm gradū possibilé ipsi us diceretur hēri sine mésura. Uel hoc potest dici ex respectu ad ca pacitaté aīe. Sicut.n. aliqs venief ad fluuiū vt hauriat aquam quan tum vas potest cape dicitur accip pere sine mensura. lȝ vas sit deter minate mésure. sic in proposito. Quia tota capacitas anime chri sti fuit repleta gr̄a: iō dicif eá acce pisse sine mésura. Hec Nic. de ly. Ité Mat. ij. hētur. Qđ Joseph cogitanti dimittere mariam appa ruit angelus in somnis dicés: noli timere accipere mariá cōiugem tuá.s. ad cohabitationé cū ea: ꝛ de uotá administrationé. Subdif. q in ea natū est de spiritusancto é.i. miraculose facta est conceptio sine adulterio. Pariet tibi filiuȝ ꝛ vo cabis nomé eius Jesum.i. saluato rem. Rō subditur. Ipse.n. saluuȝ faciet populum suū a peccatis eo rum. In hoc ondit angelus eū ve rum hoiem.s. in partu: ꝛ verū deuȝ in salute populi a peccatis: nullus n. saluare pót a peccatis nisi de⁹ H Ni. de ly. Ité Mat. iiij. q postq̄ xp̄s deuicerat sathaná eum téptā teȝ angeli accesserūt ꝛ administra bant ei: sicut vero dño ꝓp̄ij fui. vt dicit Nico. de ly. Ex quo appa ret dītas ei⁹. Nō nulla nā est.s. an gelicam nisi diuiná: ꝛ Cris. super Mat. notāter dī accesserunt ꝛ nō descenderunt angeli. vt ondat q̄a semp ad ministeriuȝ eius erant in

tertis

terris. Sed tamē precipiente dño recesserunt: vt locus diabolo adi uersus xpm daret. Ne forte vidēs angelos circa eum: nē appropinquaret ad eum. In qbus aut reb' illi ministrabant: scire nō possum'. Tamen manifestū est q non ppt necessitatē impotētie eius ei ministrabant: sed pp honorē ptātis ei'. Non dī q adiuuerūt eū sed q ministrent. Et Greg. in ol. Ex hus aūt vnius psone vtraqz natura oñdit q2 τ hō ē quē diabolus temptat: τ idē ipe deus est cui ab angelis ministratur. Et Ven. beda in omelia similiter Math. vlt. c. Quia xps de' τ hō ē: iter acta hūanitatis sp ei angeloꝝ ministeria deo debita ñ d sūt. Itē Luce. xxij. xpo orāte vt ab eo trāsferet calix passionis apparuit angelus d celo ɔfortans eum Vbi Nic. de ly. d. Qd appuit visione corporali in humana specie cōfortās eū per modū fu'ētis. Theophilus aūt dī. Qd quidā dicunt qm apparuit ei angelus glificans eum: τ dicēs. Dñe tua est virt'. tu nanqz potes ꝯ mortē τ infernū genus humanū liberare. Itē resurrectionē. ipi' Iesu nazraeni angeli testati sunt: τ fz Aug. de ɔsensu euāgelistarū tres tm̄ fuerunt vnus de quo Mat. τ Mar. vl. Et duo de qbus Luce vl. τ Iohānis. xx. dicit n. Mat. Qd vespere sabbati: q. s. vespa lucessit in pma sabbati. i. incipit lucescē in pncipio diei sequētis. s. sabbatum vel a sabbato venit Maria cū alijs vt vngerent iesuz Angelus aūt dñi descendit d celo cuius vtute factus est ille terremotus: q2 corporalia obediunt angelis ad nutū qm̄tum ad motū localē τ accedēs lapidē reuoluit lapidē vt oñderetur resurrectionē cōpletam. Erat aūt aspect' eius sicut fulgur ad incutiendū terrorē custodibus vestimēta aūt ei' sicut nix: ad dandū ɔsolationē mulierib'. Vñ per hoc subdit: pre timore aūt ei' exterriti sunt custodes τ facti sunt velut mortui. Rñdens aūt āgelus dixit mulierib'. Nolite timere vos Scio. n. q Iesum q̄ritis qui crucifixus est. Hoc dicit ad differentiam alioꝝ. Multi. n. vocabātur hoc nomine Iesu. Queritis in sepulchro sicut mortuū. Nō est hic. Surrexit sicut dixit: h dicit vt reduceret ad memoriā vba xpi dictā ante passionē suā vt sic magis crederent resurrectionē eius factam. venite τ videte locū vbi posit' erat dñs. Ecce q vocat eū dñs anthonomatice. Iste ergo pmus angel' fm Aug. appuit extra monumentū itra tñ clausurā q̄ erat circa ipz monumētū sedēs sup lapidē reuolutū. Iste ergo dixit mulieribus: Euntes dicite discipulis q2 surrexit fm Mar. addidit τ petro specialiter nominat eum q2 aliter nō fuisset ausus ad pñtiam venire: ob quē negauerat: duo alij angeli apparuerūt in spē viroꝝ in veste fulgenti: vnde dī Luce. xxiiij. Ecce duo viri τ isti appuerunt itra monumentū: vnus ad caput τ ali' ad pedes vbi fuerat corpus Iesu: vt dī Io. xx. Ipa. n. Maria magda

lene dñ fleret p absentiaȝ corporis xpi iclinauit se ꝛ ꝓspexit in monumento: q2 ƀȝ Greg. pp viȝ amoris nõ sufficiebat sibi semel respexisse: ꝓpterea licet vidisset abesse corp⁹ xpi adhuc volebat videre si aliqđ eius vestigium posset pcipere: ꝛ vidit duos angelos: ex feruore autē deuotionis illá visioné meruit in albis sedentes. Ad designádũ gaudiũ dñice resurrectionis: apparitiões. n. angeloꝝ fiunt ad instructõné hominũ. Et solent apparere p illũ modũ qui cõpetit rei de qua đbent instruere. Cádor aũt vestis: splendoré denuntiat solénitatis ꝛ ideo in albis vestib⁹ appuerũt ad denotandũ gaudiũ resurrectionis vnus ad caput ꝛ vnus ad pedes: tũ pp reuerentiá loci consecrati ex tactu corporis dñi: tũ ad solénius declarandũ resurrectioné ei⁹. Solemnius aũt denunciatur p duos ꝙȝ p vnum. Dicũt ergo ei illi: mulier qd ploras. q. d. Nõ hẽs cám flendi: sed magis gaudendi Luc. auté dicit. Qui dixerunt. Qué ǭritis viuenté cũ mortuis? Nõ ẽ hic sed surrexit. Ecce ꝙ ꝓ angelo eius resurrectio enũciata est. Jté Actu. i. hr. Cũ vidétib⁹ apostolis xp̄m eunté in celum: admiráteo đ ascẽsione tá gloriosa. Ecce duo viri. i. angeli in specie virorũ dicẽtes viri galilei qd statis aspiciẽtes in celũ. q. d. Nõ expectetis ꝙ Jesus habitet ampli⁹ corporaliter vobiscuȝ sicut Anna fecit. Uidebitis tamen eum in fine mũdi veniẽté ad iudicium. Jtẽ sequr. Sic veniet queadmodũ vidistis eum euntẽ in celum. i. Sicut ascẽdit in forma gloriosa humanitatis: sic veniet ad iudiciuȝ: ꝛ sic patet de angelis bonis Angeli mali. i. demones ẽt confitentur Jesum nazarenũ eẽ verum deũ. Habet. n. Mat. viij. Mar. v. ꝛ Luce. viij. Cũ occurrerẽt xp̄o duo hoies hñtes demonia: ꝛ licet Mar. dicat ꝙ erat vnus: tamẽ nõ ꝯdicit Mattheo ꝛ Luc. q2 vnitas includit in vinario. Sed facit mẽtioné de vno: q2 erat famosior ꝛ saeuior altero: in quo erat legio demonũ: vt dicit Aug. de ꝯsensu euãgelistarũ: ꝛ Criso. in omelia. Erat autẽ legio. 6666. ꝛ vt dicit mar. domiciliũ hẽbat in monumẽtis: i talibus. n. loci hitant demoniaci aliqñ vt p hoc demones ingerát terroré hoibus de aiabus defunctoꝝ vt dicit Nico. de ly. Erant aũt monuméta gentiliũ dapnatorũ: super quoꝝ animas iá hẽbant ptátem ꝛ ideo hitabant: vbi eoꝝ corpa erát sepulta tanꝙȝ habitaturi ptáté sup ea post finale iudiciũ: addit Mar. ꝙ nec cathenis iam qſꝙȝ eũ ligare poterat: qñ sepe cõpedibus ꝛ cathenis vinctus dirupisset cathenas ꝛ cõpedes cõminuisset. ꝛ nemo poterat eũ domare: ꝛ semper die ac nocte in monumẽtis ꝛ mõtibus erat clamans ꝛ cõcidens se lapidibus. Mat. dicit ꝙ nemo poterat transire per viam illam in qua erát monuméta. Lucas addit ꝙ vestimento nõ induebat. Amẽtes. n. ꝛ đmoniaci: vt dicit Ni. de ly. multa pñt sustinere ꝛ pati: que nõ possent pa

ti: nec alias sustinere sicut patet de Nabuchodonosor Daniel.iiij.q per annos.vij.habitauit cu feris: fenu quasi bos comedens. Isti er go demoniaci cum essent ante Jesum nazarenum clamauerunt: qd nobis et tibi Jesu fili dei altissimi venisti huc ante tps torquere nos. Ubi Beda que impietas e indeo rum xpm dicere in pncipe demoniorum eiecisse demonia que ipa demonia fatentur sec.i hre comune vt dicit Nico.de ly. et Hye. et aug. in li.questionu veteris et noui test. qd ista dmonia magis per coiectu ram qz p certitudine putabat. Jesum filiu dei. Assignant aut rones qz ille demo qui teptauit eum in d serto erat acutioris igenij et tn no potuit scire p certitudine vtru xps eet ille q ad salute mudi pmissus erat et ml tomin9 poterant isti scire h p certitudine cu oif sciectia discipulorum fm Hye.referenda sit magistro qd ergo nobis et tibi.i. fz re migium nihil comune est nre malicie et tue gratie: qz fm apostolum Nulla societas lucis e ad tenebras nec puenientia xpi ad belial: dicut venisti torqre nos: qz vt dicit Cri. Magnu tormetu est dmoni a lesione hois cessare: et tato amitit gra ui9 qto possidet diuti9 vel fz hye.p sentia saluatoris tormeta sunt demonum: dicunt etia ante tempus vbi fm Nicolaus de lyra. Quod vsqz ad iuditium est tepus meriti et demeriti hominu: et ideo sicut vsqz ad illud tps angeli sancti hitat inter nos ad nram defensione: ita angeli mali ad nram temptatione et impugnationez vt gloriosior sit electorum victoria in demoni teptationis superatione. Licet et secum portent igne suum tn reputat se torqri et affligi qn eiciunt ab hominibus vt eis noceant pp odiuz qd habent erga nos: dixit ergo iesus illi. Exi spiritus immunde ab homine. Precabatur aute euz spiritus dnicos. Mitte nos in porcos vt in eos introeamus: qz.n. vt dicit Nico.de ly. No poterant hominibus nocere in psona appetebat salte nocere eis in substatia et pcessit Jesus. Et statim exeuntes itroierunt in porcos et magno impetu grex pcipitatus est in mari ad duo millia et suffocati sunt. Sed querit h quare pmisit eos itrare i porcos et pcipitare eos. Dicedum q forte hoies illius terre peccauerat: et io meruerunt istud damnum sibi fieri: vel aliter xps fecit aliq ad significadum qdda aliud: sicut Mar. xj. Maledixit ficui no hnti fructu sed folia tm: et nulla tame ratio fuit ex pte arboris: vt ibide di n erat tps ficoz. et ratio maledictionis fuit ad signandum qd fructum boni operis querebat xps in synagoga iudeoz et tame no inuenit in ei ni si folia tm.i. apparentiam bonoz opum. Sic xps pmisit demones intrare in porcos ad designanduz q demones hitabant in hoib9 immundis. Sicut porcus est aial immundus h Nico.de ly. et Remigius dicit. Patet.n. q demones sine resistentia obedierunt xpo et in

